
VADE IN CAMPANIAM DISCE PAVLINVM
THE VAN DER POEL COLLECTION
OF CAMPANIAN ARCHAEOLOGY

HERCVLANENSIVM
VOLVMINVM
QVAE SVPERSVNT
TOMVS IV.

NEAPOLI MDCCCXXXII.

EX REGIA TYPOGRAPHIA.

FERDINANDO II. BORBONIO

UTRIUSQUE SICILIAE REGI MUNIFICENTISSIMO

PIO FELICI SEMPER AUGUSTO.

Clementissime Domine

Duo Herculanensis Bibliothecae volumina, in publicae lucis usuram proditura, tametsi auctorum suorum fama, ac eruditorum hominum expectatione commendentur; maximo tamen ornamento carerent, si in ipsa fronte Nomine, atque auspiciis Tuis minime cohonestarentur. Eorum enim alteri, quod Polystratus Scholae Epicureae Praefectus De iniusto Contemtu *scri-*

psit, novam Tu, Princeps clementissime, adfundis lucem; qui egregius iustitiae cultor, nedum neminem spernendum censes, sed tanta comitate subditorum populorum excipis vota, ut omnium admirationem, atque amorem, ab ipso Tui Regni exordio, Tibi conciliaveris. Alterum vero, quo Philodemus Epicureorum disertissimus illud praecipue demonstrandum suscepit, iuvenes per Rhetorum praecepta, nisi indita faveat naturae vis, reip. administrandae idoneos nunquam fieri, luculentissime exemplo Tuo comprobatur; quem nisi ingenium imperio gerendo natum exornaret, scientiae, quibus ad miraculum instructus effulges, ad optimi Principis gloriam, in ipso iuventutis flore, nequaquam evexissent. De Te itaque illud Tullii effatum opportunissime commemorandum putamus: quum ad naturam eximiam, atque illustrem adcesserit ratio quaedam, conformatioque doctrinae; tunc illud, nescio quid, praeclarum, ac singulare solet existere.

Adcipe igitur, ut grati, et obsequentis animi monumentum, levidense hoc Herculanensis Academiae munusculum, quod Socii nostri Angeli Antonii Scotti, pridem Praeceptoris Tui, labori debetur, quodque per Nominis Tui inscriptionem gloria amplissima cumulatur: atque si quid otii inter gravissimas Regni curas nactus fueris, manibus volutare, oculis percurrere, et augusti oris serenitate nobilitare ne dedigneris. Quod Te Operi nostro pro Tua benignitate praestiturum sperantes, Deum Opt. Max. etiam atque etiam obtestamur, ut Te sospitem, atque incolumem cum Regia Familia populorum felicitati, et litterarum patrocinio quam diutissime servet.

Ex R. Museo Borbonico Eid. Jan.
A. R. S. CIƆIƆCCCXXXII.

Devoti Numini Maiestatique Tuae
Academici Herculanenses.

ERUDITO LECTORI.

I. Quum Polystrati nomen, satis apud Graecos obvium, plures gestarint literis armisve illustres viri, quorum mentionem veteres fecerunt Scriptores; antequam cetera discutienda proponamus, inquirendum utique est, ad quemnam eorum pertineat opus, quod in lucem publicam proferre curamus. Tres nimirum memorat Suidas *v.* Πολυστρατος· οὗτος αιτιαν εχων του Ἑρμας περικοψαι ανηρεθη ὑπο Αθηναιων, οὗ Λυσιας μεμνηται. Ἑτερος δ' εστιν, ὑπερ οὗ λογον εγραψεν αυτος Λυσιας. Αλλος δ' αν ειη, οὗ μνημονευει Δημοσθενης εν Φιλιππικοις, λεγων αυτον ποτε εν Κορινθῳ ξενικον τρεφειν· μη ποτε μεν τοι ενταυθα δει γραφειν Πολυτροπον αντι του Πολυστρατου. Παρα μηδενι γαρ φησιν ὁ Διδυμος εὑρηκεναι τον Πολυστρατον ἡγησαμενον του εν Κορινθῳ ξενικου· τον μεν τοι Πολυτροπον Αθηναιον ειναι. *Polystratus: hic accusatus, quod Mercurii statuas mutilasset, ab Atheniensibus occisus est, cuius meminit Lysias. Alius vero ille est, pro quo idem Lysias orationem scripsit. Alius etiam ille esse debet, cuius meminit Demosthenes in Philippicis, quem aliquando peregrinum exercitum aluisse Corinthi dicit: nisi fortasse ibi scribendum sit Polytropus pro Polystrato. Didymus enim dicit se apud neminem reperisse, Polystratum fuisse ducem exercitus peregrini, quem aluerit Corinthi; Polytropum vero dicit Atheniensem fuisse.* Hos ipsos memorat Harpocration, a quo didicit quidem Suidas, sed perperam verba intellexit, si verae sunt coniecturae Maussaci in *h. v.* Longe vero alius est ille, de quo Plutarchus *Vit. Alex.* T. I. p. 690. *Franc. 1669.* Μολις δ' εὑρισκεται πολλων ακοντισματων καταπλεως το σωμα, κειμενος εν αρμαμαξῃ μικρον απολειπων του τελευταν, ὁμως δε και πιειν ῃτησεν, και πιων ὑδωρ ψυχρον ειπε τον δοντα Πολυστρατον, ω ανθρωπε, τουτο μοι περας γεγονε δυστυχιας ἁπασης, ευπαθειν αμειψασθαι μη δυναμενον, αλλ' Αλεξανδρος αποδωσει σοι την χαριν . . . αυτ' ειπων, και λαβομενος της του Πολυστρατου χειρος εξελιπεν. *Vix tandem invenitur corpore multis confosso iaculis in curru iacens, prope iam moribundus, potum tamen postulavit: atque ut frigidam hausit, illum, qui porrexerat, Polystratum, affatus est: hic mihi terminus, quicumque es, omnis est infelicitatis; quod beneficium acceptum quum nequeam rependere, referet Alexander tibi gratiam...... Ita fatus apprehensa Polystrati manu expiravit.* Quum itaque Polystratus noster, uti videbimus, inter Epicuri discipulos quaerendus sit, duo priores illi, de quibus Suidam, et Harpocrationem scribentes accepimus, longe ab eo distant; siquidem Lysias A. C. 378. Epicurus vero A. 270. mortuus est. Duo vero posteriores inter arma versati, nihil pariter commune habent cum nostro Epicureo, iuventuti instituendae, et scientiis excolendis incumbente, praecipue si temporum rationem habeamus.

II. Jam vero ipsum esse Polystratum, quem Meleager in *Corona* ανθος αοιδων, *florem poëtarum* adpellat, apud Brunk. T. I. p. 2. et cuius duo Epigrammata in *Analectis Brunckianis* reperiuntur T. II. p. 1. nobis persuadere conabamur. Quemadmodum enim Philodemus, cuius libros edidimus, is ipse est, qui *delicatissimis*, ut ait Tullius *Orat. in L. Pison.* Cap. XXIX. *versibus* suis

in Anthologia locum, et honorem habet; ita Polystratum et poëtam simul, et Philosophum Epicureum primo credidimus; sed aetatis, locique varietas, quominus hanc opinionem retineremus, prohibuit. Primum enim Epigramma recentem, ut videtur, L. Mummii in Graecos victoriam, et eversam Corinthum praedicat. Inde probe eruit Reiskius eius Auctorem *hominem fuisse Magnae Graeciae, qui tunc temporis, hoc est circa Olympiad. 158. 3. U. C. 608. aut Romae, aut in Italia vivebat. Notit. Poët. Antholog.* Quum itaque huius Polystrati aetas Epicuri morte annis circiter 124 posterior sit, nec locus, in quo vivebat, congruere videatur; ad alios animum intendamus, oportet.

III. Polystratus autem, quem Lucianus semel atque iterum in suos Dialogos interloquutorem inducit, quisnam sit, certo definire non possumus; quum notitiae de eius tempore, et vita, levi, ut aiunt, calamo indicatae, vix levibus coniecturis locum praebeant. V. Dial. *Dialog. Mort.* IX et *Imagin.*

IV. Porro duo Polystrati fuerunt Philosophis adnumerati. Alterius meminit Athenaeus his verbis: οιδα και Πολυστρατον Αθηναιον Θεοφραστου τον επικαλουμενον Τυρρηνιον, ὅτι των αυλητριδων ιματια περιεδυεν. *Novi etiam Polystratum Atheniensem, Theophrasti discipulum, qui Tyrrhenus cognominatus est, quod tibicinarum vestes induisset. Dipn.* L. XIII. c. 86. Quem quum Theophrasti discipulum legisset Schweighaeuser, recte adnotavit, *non esse heic cogitandum de Epicureo. Not. ad Athen.* T. VII. p. 295. *Argent.* 1805. Epicureus autem ex qua patria fuerit, non adeo certe scimus, ut Philodemum probavimus *Gadarensem;* siquidem num ille sit Polystratus, quem *Letopolitam* adpellatum testatur Stephanus Byzantinus, adfirmare quis audeat? Το εθνικον, *ait,* Λητοπολιτης· οὕτω γαρ Πολυστρατος, και Απολλωνιος . . . αναγραφεται. *Gentile vocabulum Letopolita; sic enim Polystratus, et Apollonius . . . nuncupatur, De Urb. v.* Λητου πολις. Haec dumtaxat, et praeterea nihil de Polystrato e Stephano excerpimus.

V. Profecto de hoc Philosopho Epicureo admodum pauca tradunt Historici. Diogenes Laërtius, quum nonnullos Epicureae Sectae antesignanos recensuisset, haec subdidit: και οὗτοι μεν ελλογιμοι, ὧν ην και Πολυστρατος ὁ διαδεξαμενος Ἕρμαρχον, ὃν διεδεξατο Διονυσιος· *atque hi quidem illustres, inter quos erat etiam Polystratus, qui Hermarcho successit, quem Dionysius consequutus est.* Lib. X. sect. 24. Ex quo loco eruimus Polystratum inter *illustres* Epicuri sectatores fuisse collocatum, atque in eius schola et *Hermarcho successisse*, et *a Dionysio fuisse exceptum* (1). Is vero idem omnino videtur, de quo agit Valerius Maximus, utut de hac re, et quidem nullo argumento motus subdubitet Menagius in *Not. ad hunc Laërtii locum. Polystratus, et Hippoclides,* ita nempe apud Valerium, *Philosophi eodem die nati eiusdem praeceptoris Epicuri sectam sequuti, patrimonii etiam possidendi, alendaeque scholae communione coniuncti, eodem momento temporis ultima senectute extincti. Tam aequalem fortunae pariter, atque amicitiae societatem, quis non ipsius coelestis Concordiae sinu genitam, nutritam, atque finitam putet? De Mirac.* L. I. Cap. VIII. n. 17. Quem in locum duo praecipue observanda sunt: alterum scilicet, quod Polystratus, et Hippoclides Magistri exemplum secuti non sint, qui huiusmodi fortunarum communionem, et praeceptum Pythagorae, κοινα τα των φιλων, improbaverat, uti ex Laërtio. Lib. X. Segm. 11. adnotavit Menagius. Alterum vero, quod illud *alendaeque scholae* a pluribus

(1) Scribimus *Hermarchum*, non *Hermachum*, uti habebant Laërtii exemplaria; quoniam verum illud huius Philosophi nomen documentis testatissimis iamdiu agnitum est in *Antiq. Hercul* T. V. p. 17. et seq. ubi etiam plures adiectae sunt de eius vita, et scriptis notitiae.

perperam legatur, *adeundaeque scholae;* quum sensus sit, Polystratum, et Hyppoclidem fortunas in commune contulisse, indeque scholam aluisse: quod et Vorstius animadvertit. *Not. in Valer.* l. c. Huiusmodi praeterea *scholam alendam*, et *patrimonium possidendum*, referendum autumamus ad ipsius Epicuri hereditatem condiscipulis relictam: quos inter quum Polystratus, et Hippoclides primas tenerent, non modo locum servarunt, sed patrimonium quoque in commune contulerunt, ut testatior Magistri memoria permaneret.

VI. Neque vero pauca argumenta sunt, e quibus hunc deducimus ipsissimum Epicureum esse, cuius fragmenta iam prodeunt; non autem antea memoratum Theophrasti Discipulum. Enimvero papyracea bibliotheca Herculanensis ad hominem spectasse videtur, qui Sectae Epicureae nomen dederat: quandoquidem in ea non aliae, quam Epicuri, atque Hermarchi protomae repertae sunt: idque propterea factum fuisse nobis persuademus, quod librorum dominus peculiare in Magistrum, eiusque successorem studium ostentare niteretur. Praeterea libros hactenus evolutos, si eos excipias, qui titulo carent, fere omnes ad Epicuri scholam pertinuisse liquet. Sunt enim XI ipsius Epicuri, ac XXXVI. Philodemi: extat liber Colotis εις τον Πλατωνος Λυσιδα, *in Platonis Lysidem* (1); Demetrii, utique Epicurei, περι Γεωμετριας, *de Geometria* (2); ac si coniecturis non fallimur, etiam Metrodori περι Αισθησεων, *de Sensationibus* (3). Quod si inter Herculanensia volumina Liber II. Chrysippi περι Προνοιας, *de Providentia*, occurrit (4); id nos a sententia minime removet, qui me-

(1) Plutarchus in duobus Libris, quos *Adversus Colotem* lucubravit, narrat eum adeo Epicureae Sectae adhaesisse, ut simul atque de natura rerum disserentem audivit Epicurum, ad genua eius protinus prociderit. Id Epicurus ipse in litteris referre non dubitavit; qui Colotem per ὑποκορισμον Κολωταρα, vel Κολωταριον adpellabat. Vide Plutarch. T. II. p. 1100. et 1117. Porro de Dialogo Platonis, qui Λυσις, η περι Φιλιας inscribitur, narrat Laërtius venustum Socratis scomma. L. III. segm. 35.

(2) Inter ceteras Papyros, quas Herculanensis Bibliotheca detegendas servavit, hanc praecipue situ fere corruptam, et loci humiditate pessumdatam obtulit, quae idcirco aegre evoluta paucas litterulas hic illic superstites ita exhibuit, ut ne versum quidem integrum perlegere datum fuerit. Immo in octo pagellis, quae lucem adspexerunt, maior versuum pars nullum litterarum vestigium praesefert. Legimus tamen iterata verba διχα, *bifariam*, et γενομενη επ' απειρον ἡ τομη, *facta in infinitum divisio*, aliaque id genus; quae omnia de *Divisione* Geometrica tractatum indicant. Accedit quod duo schemata Propositionum Euclidearum *Element. Geometr. Plan. Lib. I.* visuntur, nempe Prop. IX. et X. in quibus, uti notum est, *de Divisione anguli rectilinei*, ac *de Divisione lineae rectae terminatae* agitur. Immo in supposita hisce figuris scriptura saepe visuntur litterae ad eadem schemata pertinentes, quae per lineolas superpositas a verbis distinguuntur. Vox etiam προβληματος ibidem occurrit, quae ad Propositiones Euclideas utique spectat. Hisce excerptis ulterius progredi nequivimus.

Quisnam vero sit iste Demetrius, potius divinatione, quam certis argumentis agnoscere licet. Novimus enim Menagium, *Not. ad Diog.* Meursium *Biblioth. Graec.* et Fabricium *Biblioth. Graec.* plures huius nominis Scriptores recensuisse. Hos inter ille Amisenus Ratheni filius est, quem Strabo αξιον μνημης κατα παιδειαν... μαθηματικον, *memoria dignum propter doctrinam*... *Mathematicum* adpellat, Lib. XII.: atque nihil prohibet, quin huic nostrum volumen tribuamus. Verumtamen nisi me mea fallit opinio, is ille est Demetrius, quem inter praecipuos Epicuri discipulos reponit Diogenes Lib. X. Segm. 26. eum *Lacedaemonium* vocans; quem etiam memorat Erotianus in *Lexico Hipp.* v. Κλαγγωδη. Saepe autem hunc et *Epicureum*, et *Lacedaemonium* dicit Sextus Empiricus *Pyrrhon. Hypot.* Lib. III. c. 17. Sed Lib. VIII. *Adversus Mathemat.* sect. 348, 349, et 353. ubi de demonstrationum certitudine verba facit, eum suggillat, quod perperam hac de re disseruerit, et perperam demonstrationum certitudinem vindicare sategerit. Ipsum etiam de *atomis*, seu de *indivisibilibus* exemplum sumpsisse testatur. Potuit itaque, in tractatione *de Geometria*, de certitudine demonstrationum agere, atque a *divisibilibus* ad *indivisibilia* transire. Potuit etiam περι Γεωμετριας ita disserere, uti Philodemus περι Μουσικης, et περι Ρ'ητορικης, qui aliquid adversus hasce Artes scripsit, eas scilicet reprehendendo potius, quam laudando. Id autem Epicureo Philosopho adprime conveniebat; quum Epicurum Geometriae non amicum fuisse, nobis veteres tradiderint Scriptores. Vide Gassendum, *De Vita, et Moribus Epicuri*, Lib. VIII. Cap. 5, et 11.

(3) Extant fragmenta XXI. pulchro, atque perspicuo prae ceteris charactere exarata, quae cui Auctori tribuenda sint, non satis constat, quum titulus omnino desit. Ea vero *de Sensationibus* agere videntur; siquidem ad huiusmodi argumentum fere omnia collimare dixeris. Quoniam vero celebratur Liber περι Αισθησεων προς Τιμοκρατην, *de sensationibus ad Timocratem*, eiusque Auctor dicitur Metrodorus, qui inter ελλογιμους Epicuri discipulos recensetur (vide Diogenem L. X. segm. 23. et seq.) placuit pluribus ea coniectura, ut Metrodoro memorata illa fragmenta adscribantur.

(4) Queruntur passim veteris Philosophiae amatores (si unum H Stephanum in *Praef. ad Xiphilinum*

minimus Senecam Chrysippi adseclam interdum Epicuri libros evolvisse, et ad Lucilium scripsisse his verbis: *soleo enim et in aliena castra transire, non tamquam transfuga, sed tamquam explorator.* Epist. II. Non modo autem Epicureis libris Polystratum inseruit Bibliotecae dominus; sed nos etiam apud ipsum laudatam, ac defensam Epicuri sententiam invenimus: inquit enim Col. VIII, et IX. τους μεν δια συλλογισμων, και αξιωματων ἑκαστα περαινοντας, οἱς ουδ' αυτοι Επικουρου χρωνται, ουδ' ακολουθουσιν, κ. λ. *eos quidem, qui singula per syllogismos, et axiomata concludunt, in quibus ipsi neque Epicuro utuntur, neque eum sectantur, etc.* Adcedit, quod doctrinae, quas noster tradit, Epicureis placitis adprime consonant: ipsumque volumen ad Epicuream disciplinam a detractorum calumniis vindicandam mox ostendemus exaratum. Denique stylus, ubique facilis, rudis, et fere nullo ornatu expolitus, sed alioqui ita planus, ut oratio clara, et perspicua reddatur; is omnino est, quo Polystratus utitur, et quem Epicureo Philosopho convenire nemo dubitabit, si meminerit hanc scribendi rationem Epicuro placuisse, eamque ipsum discipulis suis etiam atque etiam inculcasse. Vide *Praef. huius Volum.* p. I. et seq. et *Adnotat. in Col. I.* p. 2. et seq.

VII. Iam porro quot scripta Polystratus elucubraverit, nec Laërtius, qui in recensendis plurium Epicureorum libris diligentissimus fuit, nec alius nos docuit; ex quo huic Operi, quod nunc primum in lucem emergit, pretium augeri videtur. In eo nimirum alterius libri ab ipso Auctore editi fit mentio. Adserit enim Columu. XXIII se conscripsisse Λογον εις τον βιον κατα παθη εναρμοττοντα, *Sermonem in vitam affectionibus animi consonam.* In quo id praecipue se curasse fatetur, ut animum a perturbationibus liberaret, et obtrectationibus eorum responderet, qui adfirmabant, *quod non vivitur iucunde secundum Epicurum;* quod et postmodum Plutarchus in libro, qui hunc titulum gerit, pluribus confirmavit, pag. 1087. et seq. *Francf.* 1699. Hunc vero Sermonem, uti et istum, quem in praesenti edimus, alicui discipulo, aut, si mavis, Hippoclidi amico suo, de quo supra egimus, inscripsit, misitque Polystratus: quod aperte colligitur ex Col. XXIII, et XXIV. ubi eum adloquitur, in cuius usum se utrumque librum condidisse testatur, ipsumque ad experimenta provocat, ut doctrinarum suarum veritatem agnoscat.

VII. De argumento denique, quod tractat, et de titulo, quem in fronte praesefert nostrum Volumen, pauca quaedam addenda supersunt. Titulus is est: Περι Αλογου Καταφρονησεως. Οἱ δε επιγραφουσιν · προς τους αλογως καταθρασυνομενους των εν τοις πολλοις δοξαζομενων. Ex quibus verbis illud plane eruimus, Polystratum simpliciter inscripsisse, περι Αλογου Καταφρονησεως: deinde vero eius discipulos, aut lectores titulum satis obscurum et vagum explicandum, ac melius alio verborum circuitu definiendum censuisse; quapropter subiicitur: οἱ δε επιγραφουσιν· προς τους αλογως καταθρασυνομενους των εν τοις πολλοις δοξαζομενων.

VIII. Totius porro tituli interpretatio, quam ceteris praetulimus, haec videtur: *de Iniusto Contemptu. Alii vero inscribunt: adversus eos, qui iniuste contemnunt opiniones apud multos receptas*, seu *qui audacter loquuntur*

ann. 1592, et alterum Fabricium *Bibl. Graec.* L. I. c. 10. excipias) quod ne unus quidem Chrysippi librum inter pene innumeros, quos conscripserat, ad nos pervenerit. Quare haec eius fragmenta mox edenda pretio magno esse debent: praesertim quum Chrysippi libri de *Providentia* usque ad IV citentur a Diogene saepe per L. VII. a Plutarcho *de Stoic. Repugn.* a Lactantio *Divin. Institut.* L. VII. c. 23. et a Gellio L. VI. c. 1. et seq. Neque vero Epicureum hominem, memoratae Bibliothecae dominum dedecuit tanti Philosophi librum sublegere, qui *de Providentia* ageret; quum in comperto sit hac de re adeo acriter ab Epicureis, et contra Epicureos disputatum fuisse; ut huius Sectae fautoribus omnino perlegendi essent tractatus, qui in hujusmodi argumento versabantur.

de multorum opinionibus. Nimirum etsi αλογος proprie sit *rationis expers*, *sine ratione*, *aversus a recta ratione*, uti vertit Cicero, vel uno verbo *irrationalis*, seu *irrationabilis*, quod Quintiliano duce adhiberi posset; tamen melius est, ut heic *iniustus* explicetur, quum *de* Καταφρονησει, *Contemptu*, agatur; qui enim *sine ratione* aliquem *contemnit*, *iniuste contemnit.* Sensum non absimilem habes in Platone *Apolog.. Socratis* pag. 18. T. I. *Ed. Steph.* ὁ δε παντων αλογωτατον, ὁτι ουδε τα ονοματα, οἱον τε των κατηγορουντων ειδεναι, και ειπειν· *quodque omnium est iniustissimum* (heic enim idem sonat, atque *absurdissimum*) *ne nomina quidem accusatorum sciri, ac proferri posse.* Quod si magis placeat reddere, *de temerario Contemptu*, ac postmodum *temere contemnunt*; satis obvia suppetent exempla, et sensus minime perturbabitur.

IX. Illud autem καταθρασυνομενους duo secum fert: alterum, quamdam *iactantiam*, et *audaciam*; alterum vero, quamdam *adspernationem* sive hominum, sive rerum. Primam significationem ex verbo θρασυνομαι hausit, secundam vero ex vi praepositionis κατα, cum genitivo coniunctae. Fatemur quidem in lexicis ipsissimam significationem non adesse; sed sensus, et totius operis contextus nobis imperavit, ut a recepta lexicographorum sententia aliquantulum deflecteremus.

X. Iamvero τα δοξαζομενα in pluribus Philodemi locis *opiniones* dicuntur, et praesertim eae, quas auctor amplectitur. Saepe enim in eius voluminibus legimus, τα δοξαζομενα αγαθα, κακα κ. λ. *quae censentur bona, mala etc.* Immo Epicurus tum Philodemi, tum Polystrati institutor in libro, cui titulus, Κυριαι Δοξαι, *Ratae Sententiae*, scribit: κατα πασαν εναργειαν, εφ' ἡν τα δοξαζομενα αναγομεν, *secundum omnem evidentiam, ad quam opiniones referimus.* Vide Diogenem L. X. segm. 145. Atque in Epistola ad Herodotum loquutione non dissimili utitur; inquit enim: ἑξομεν το ζητουμενον, η απορουμενον, και δοξαζομενον, εφ' ὁ αναξομεν, *habebimus, quo referemus id, quod quaerimus, vel ambigimus, et opinamur.* Ibid. segm. 38. Eodem etiam sensu scripsit Xenophon: ου ταυτα δοξαζειν αλληλοις, *easdem inter se opiniones non sequi. Memorab.* L. I. p. 710. T. II. *Paris.* 1625. Ita potius vertendum verbum δοξαζεσθαι, quam *celebrari*, censuimus: siquidem etsi οἱ δοξαζομενοι saepe vocentur, ii *qui celebrantur*, uti apud Polybium, aliosque, teste Budaeo *Comment. Ling. Gr.* p. 368; tamen Polystrati mentem parum adsequi videbamur, si huiusmodi significationem alteri praetulissemus.

XI. Praeterea heic τα εν τοις πολλοις δοξαζομενα ea videntur adpellari, quae erant placita Sectae Epicureae; quia Epicureorum non exigua erat ubique multitudo. Id vero ut breviter confirmemus, Epicureos plurimos fuisse, et ubique terrarum sparsos, Sacrae Litterae etiam docent; siquidem Sadducaeos eosdem fuisse, ac Epicureos non dubitamus. Videsis Ugolin. *Trihaeres.* Cap. IX. et Barthel *De Sadduc.* Cap. VI. in *Thesaur. Antiq. Sacrar.* T. XXII. Per Graeciam vero, immo per totum Romanum imperium fusam Epicuri doctrinam, utpote cupiditatibus humanis indulgentissimam, passim probant Historiae Philosophicae Scriptores; ac praesertim Bruckerus *Hist. Phil.* Per. I. P. II. L. II. c. 43. et Per. II. P. I. L. I. c. 2. sect. 8. Nimirum Epicurei *turbam* ex Senecae testimonio constituebant, *De Benef.* C. IV: idcirco recte οἱ πολλοι vocari poterant. Etenim οἱ πολλοι dicuntur non solum *multitudo imperita*, seu *vulgus*, ita ut τοις πολλοις apud Lucianum οἱ πεπαιδευμενοι opponantur, sed etiam simpliciter *bona pars*, seu *multitudo*, uti apud Thucydidem απηλθον οἱ πολλοι, Lib. I. §. 126. et οἱ πολλοι διεφθαρησαν, Lib. II. §. 99. Idem habet Plutarchus *Vit. Alex.* p. 17. Denique Epicureos iure vocari τους πολλους, satis superque probat ille Tullii locus: *quod quaeritur saepe, cur tam multi sint Epicurei; sunt aliae quoque caussae: sed multitudinem hoc maxime adlicit: quod ita*

putat dici ab illo, recta et honesta quae sint, ea facere per se laetitiam, idest voluptatem. De Fin. L. I. c. 7. Addamus etiam illud Laërtii: Επικουρος .. μαθητας εσχε πολλους μεν, σφοδρα δε ελλογιμους. *Epicurus...discipulos habuit multos quidem, valde autem celebres.* L. X. segm. 22. Sed omnino hac de re audiendus est Lactantius Firmianus. *Epicuri disciplina,* inquit, *multo celebrior semper fuit, quam ceterorum; non quia veri aliquid adferat, sed quia multos populare nomen voluptatis invitat. Nemo enim non in vitia pronus est. Praeterea, ut ad se multitudinem contrahat, apposita singulis quibusque moribus loquitur. Desidiosum vetat litteras discere, avarum populari largitione liberat, ignavum prohibet adcedere ad rempublicam, pigrum exerceri, timidum militare. Irreligiosus audit Deos nihil curare; inhumanus, et suis commodis serviens, iubetur nihil cuiquam tribuere; omnia enim sua causa facere sapientem. Fugienti turbam solitudo laudatur. Qui nimium parcus est, discet aqua, et polenta vitam posse tolerari. Qui odit uxorem, huic enumerantur coelibatus bona: habenti malos liberos orbitas praedicatur; adversus impios parentes nullum esse vinculum naturae. Impatienti ac delicato dolorem esse omnium malorum maximum dicitur: forti, etiam in tormentis beatum esse sapientem. Qui claritati ac potentiae studet, huic praecipitur Reges colere: qui molestiam ferre non potest, huic Regiam fugere. Ita homo astutus ex variis diversisque moribus circulum cogit, et dum studet placere omnibus, maiore discordia secum ipse pugnavit, quam inter se universi. Div. Instit.* Lib. III. Cap. 17. Hoc itaque in causa fuit, cur illud εν τοις πολλοις verteremus *apud multos*, scilicet *homines*, non vero *in multis rebus;* tametsi Grammaticorum, et Lexicographorum parum faveret auctoritas.

XII. Enimvero Polystratus in hoc Opere id sibi proponit, ut pro nonnullis Praeceptoris sui sententiis tamquam pro aris ac focis, ut aiunt, decertet. Quod autem Epicurei fere omnes huiusmodi απολογιας identidem elucubrarint, testis est locupletissimus Cicero, his verbis: *Quid Epicurei? Num desistunt de iisdem, de quibus et ab Epicuro scriptum est, et ab antiquis, ab arbitrium suum scribere? Quod si Graeci leguntur a Graecis iisdem de rebus alia ratione compositis; quid est, cur nostri a nostris non legantur. De Fin.* L. I. n. 6.

XIII. Neque vero Noster latum unguem ab Epicuri praeceptis discedit, dum περι αλογου καταφρονησεως agit; totasque intendit vires, ut se, suosque condiscipulos ab *iniusto contemptu* liberet, atque obtrectatores uti stultos, ac temerarios traducat. Duo enim Magistri placita prae oculis habere videtur, alterum scilicet, quo *contemtum ratione superandum* docet: alterum, quo *curandum* philosopho praecipit, *ne contemnatur.* Audi hac de re Laërtium: βλαβας εξ ανθρωπων η δια μισος, η δια φθονον, η δια καταφρονησιν γινεσθαι, ὧν τον σοφον λογισμῳ περιγινεσθαι, *detrimenta ex hominibus sive odii, sive invidiae, sive contemtus causa fieri, quae sapientem ratione superare* docet Epicurus. L. X. segm. 117. Deinde vero: (τον σοφον) ευδοξιας επι τοσουτο προνοησεσθαι, εφ' ὁσον μη καταφρονηθησεσθαι, (*sapientem*) *bonae famae eatenus provisurum, ut ne contemtui habeatur:* segm. 120. Vide etiam Senecam *De Constantia Sapient.* C. XV.

XIV. Quaeres fortasse, lector, quaenam sint istae Epicuri sententiae, quas ille iniuste spretas probare conatur? Ad duo nimirum capita rediguntur. Quantum enim tum ex Fragmentis, tum ex σελισιν expiscari potuimus, agit primum de significationum superstitiosarum vanitate; deinde vero de actionum honestate, quam negat ab ipsa rerum natura esse petendam. Hasce utique sententias ex Epicuri hortis prodiisse, et Stoicorum *contemptum*, quem Polystratus *iniustum* vocat, nactas esse meridiana luce clarius in Adnotationibus patebit.

Quemnam vero inter Stoicos is praecipue respiciat, tametsi in nulla Voluminis parte, quae ad nostras manus pervenerit, indicetur: Chrysippum tamen fuisse ego quovis pignore contenderem; idque haud aegre fatebitur, qui meminerit hunc pluribus in libris huiusmodi Epicureorum doctrinas refutandas sumsisse; ut ex eorum Catalogo apud Menagium, et Fabricium eruitur. Scilicet Chrysippus, qua erat invidi ingenii acritate, fortassis eas et ipse cum spretu exposuerat, et ab aliis, qui ab eius ore pendebant, pariter contemnendas praeceperat. Enimvero ει τι εγραψεν ὁ Επικουρος, εφιλονεικει τοσουτο γραψαι ὁ Χρυσιππος, *si quid scriberet Epicurus, tantundem contentiose scribebat Chrysippus.* Laërt. L. X. segm. 26. Quare Polystratus, ut Magistrum, se, suosque, quorum Sectae praeerat, a *contemtu* liberaret, argumentum modo indicatum tractandum adgressus videtur.

XV. Quomodo autem ipsam tractationem digesserit, paucis de more exponamus, oportet. Si ea, quae ex Fragmentis, ad huius operis calcem reiectis, eruuntur, cum ceteris conferamus; id agit Epicureus Philosophus, ut significationes superstitiosas non esse observandas demonstret; quo et animus vano liberetur timore, et prudentia Philosopho digna sese exerat, et hominum cogitationes ad felicitatem dirigantur. En Auctoris discipulum adloquentis verba
» *Ita poteris* timorem solvere, atque suspicionem. Hoc autem esse pruden- Fragm. 12.
» tiae munus existima, vanam perturbationem, et per insomnia, et per
» signa, et per cetera, quae vane perturbant, auferre: quod fieri non potest,
» nisi quis exquirendo agnoscat res perturbationem adferentes esse fallaces. Col. I.
» Quod si quis id nondum fatetur, nihil differt a vulgo ». In lacuna fortasse
vulgarem hominem aegrotanti comparat, qui medicinae opem expectat; ideoque eum, qui ab erroribus vulgaribus liberari meditatur, similem esse dicit
homini, qui sanitatis curam gerit. » Si enim sanatur, ne ab una quidem earum Col. II.
» rerum turbabitur, a quibus nunc turbatur ». Praeoccupat deinde lectoris interrogationem, qui velit doceri, quomodo huiusmodi sanitatem in animi tranquillitate positam obtinere queat? Respondet viam ad obtinendam tranquillitatem eam esse, ut animus ab se penitus reiiciat omnia, quae perturbationem inferunt.

XVI. Commendat deinde constantiam in hoc faciendo; verumtamen non pauca in lacuna delitescunt verba: subdit autem male se gerere eos, qui post meditationes philosophicas, et vanarum observationum contemptum, ad pristinos timores, quasi per retractationem, revertuntur » quemadmodum et
» eum fecisse narrant, qui serpentem occidit in templo; quum enim nescio Col. III.
» quid adversum post haec illi adcidisset, calce dimisit parem serpentem ».
Neque abs re animadvertit eam esse agnitae veritatis rationem, et vim; ut sibi ubique consentanea imperturbatam reddat animi fidem, quem falsitas in perpetuam deiecerat fluctuationem. Carpit deinde Adversarios, quod dum de significationibus agunt, duo ab se non admissa vera iudicent: scilicet quod
Deus virtute efficiendi significationes polleat, et quod revera eas efficiat. Col. IV.
Nusquam porro evidentius se probat Polystratus Epicurea labe infectum, quam ubi a Naturae aberrationibus argumentum desumit, ut ostendat phaenomena a Deorum sapientia, et voluntate minime pendere; nec posse aliqua ab ipsa natura, aliqua a Diis effici: atque ubi non audiendos esse docet eos, » qui per syllogismos, aut inductiones argumentantur ». Stoicos profecto intelligit, qui Divinam Providentiam propugnabant, et significationes inde immissas tuebantur.

XVII. Mox ad extollendam Physiologiae utilitatem gradum facit: illius Col. V.
videlicet scientiae, quae de Rerum Natura pertractat, quaeque sub Epicuri auspiciis longe lateque diffundebatur. Hanc itaque solam veritatis magistram,

Col. VI. hanc quae fieri possunt ab iis, quae fieri nequeunt, recte discernentem, hanc poëtarum fabulas exsufflantem, hanc denique omnes naturales effectus explicantem praedicat. Quin immo adserit animum per eam » omni tum ignoratione,
Col. VII. » tum errore, tum falsa opinione liberari: quod liberam vitam constituit ».

XVIII. Ceteros vero homines, qui disciplinam huiusmodi non amplectuntur, aut in veritatis professione parum sibi constant, perturbationibus adfectos adfirmat; quorum nonnullos » contra suam opinionem ob circum-
Col. VIII. » stantes homines simulate loqui » observat. Id autem, ut pote Philosopho indignum, improbat; quia Philosophiae munus est veritatem invenire, et inventam aliis libere, constanterque tradere. Sic fortasse in satis ampla lacuna scriptum opinamur: ubi etiam futiles Adversariorum sententiae indicabantur, quas mox Polystratus ad veritatem, et ad vitam inutiles adpellat. Respuit
Col. IX. etiam syllogismos, et axiomata, utpote ab Epicuro, eiusque adseclis reiecta: neque iis parcit » qui ad multitudinis adsensum, et gratiam sibi conciliandam, » omnigenam quamdam loquacitatem adfectant: his enim expedit potius, ut » taceant ». Ubi Auctor Stoicorum loquacitatem, atque iactantiam, ceteroquin omnibus notam, aperte indicare videtur.

XIX. Eos itaque sermones spernens » qui nihil ad vitam utile docent, » neque sibi ipsis consentanei sunt », protinus ad consulendam naturam nos incitat. Haec enim in effingendis phaenomenis artificiosa nihil patitur extra suas leges vagari: ideoque aliae phaenomenorum explicationes, quae non a natura, sed a Divina voluntate petuntur, vanae, atque ad vanos timores incutiendos excogitatae Epicureo homini videntur. Animus itaque, sic pergit,
Col. X. Physiologia imbutus et naturales effectus rite intelliget, et ad morales etiam quaestiones enucleandas facile perveniet. Tum fatetur homines istam Physiologiam sive ob ingenii ruditatem ignorantes, sive ob Stoicam pertinaciam respuentes, sive ob mentis inconstantiam non firmiter tenentes, posse multas exhibere actiones honestas: sed negat hasce esse perfectas, et ab erroribus
Col. XI. liberas; negatque per eas aliquid famae comparari.

XX. Praeterea alios potius homines ab Epicureis exagitari testatur: illos scilicet, qui philosophicis etiam argumentis superstitiones propugnant. Hi enim » timoribus obnoxii patiuntur perturbationem ortam ex prava ratioci- » natione, ex falsarum opinionum delectu, atque ex earum impressione, a
Col. XII. » qua oritur animi procella, anxietatem in vita vere constituens ». Cynicos deinde sugillat, quod, ut sapientiae laudem sibi adquirant, alios fallaciis suis decipiant, nec Physiologiam sequantur: idcirco hi non in parvam dictis, et factis suis vituperationem veniunt.

XXI. Hinc redit ad Stoicos cum aliis Philosophis sentientes, natura dari aliquid iustum, aliquid iniustum, et utrumque semper idem permanere. Verissimam, atque laudatissimam hanc sententiam ex Epicuri placitis respuit
Col. XIII. Noster, ista fretus ratione; quia si ita res se haberet, quemadmodum olla ex aere ubique, semper, et penes omnes talis est, ita actiones iustae, aut iniustae ubique, semper, et in omnium opinione tales essent: quod Philosophorum, et Gentium historiae non probant.

XXII. Reiicit pariter oppositam aliorum sententiam, qui hominem cum brutis confundentes omnino nihil honestum, nihil inhonestum, sive per se,
Col. XVI. sive per *adcidens*, ut Scholae loquuntur, esse censebant. Hos autem audaces adpellat, quippe qui opiniones ab omnibus receptas adspernantur. Immo etiam animadvertit ipsos in populi suspicionem venire; siquidem antiquas de probitate sententias non amplexati iure meritoque improbi, et ad omnia flagitia parati existimantur. Subdit etiam validis eos argumentis urgeri, nec posse dogma tam absurdum satis defendere.

XXIII. Epicuri denique hac de re sententiam, uti suam, Auctor suo Discipulo insinuat; nimirum ut teneat esse quidem aliqua honesta, et aliqua inhonesta; non tamen natura sua ita esse, nec semper eadem permanere » quemadmodum aurum, et alia huiusmodi, quae semper eadem sunt ». Nam eadem res nec maior, nec minor est, ubicumque sit; quaeque vere eadem est, nullam ubique mutationem subit. At honestas, et turpitudo pro variis Gentium moribus variatur. Quare ea *relativa* esse dicit, uti alimenta » quae non omnibus salubria sunt, aut nutriendo apta, aut exitialia: sed » eadem alios quidem sanant, nutriuntque; alios vero male afficiunt ». Col. XV. Col. XVI.

XXIV. Ut autem *relativa* censenda esse magis magisque confirmet, in celebri illa Categoriarum parte enucleanda immoratur, quae *absoluta ab relativis* distinguit. Probat itaque *relativa* vere existere, non tamen seorsum ab substantiis: adfert complura *relativorum*, et *absolutorum* exempla: ostendit non inter ista, sed inter illa esse reponenda honesta, et turpia: liberatque Epicureos ab eorum calumnia, qui ipsos actionum honestatem, et turpitudinem omnino tollere adfirmabant. Docet itaque, quemadmodum » in cor» pore ipso alia quidem infirmo, alia autem sano prosunt; et horum ipso» rum rursum alia quidem ei, qui hoc morbo laborat, alia vero ei, qui » alio; et alia quidem febrem continuam habenti, alia vero intermittentem; » ita dicendum esse de actionibus. Non enim omnibus eaedem utiles sunt, » sed aliis aliae; neque omnes ita sunt, ut putamus; sed secundum diversi» tatem tum naturae cuiusque hominis, tum adcidentium ». Col. XVII. Col. XVIII.

XXV. Hisce enucleatis ad eos retundendos progreditur, qui Epicureos contemnebant, quod hanc sententiam defenderent: perinde ac si honesta, et turpia revera non existere docerent. Improperat idcirco Adversariis suis, quod stultam, et ab ratione alienam accusationem proferant. Quod vero huiusmodi absurditatem audacter proponant, et alios irritent; id ad nimiam stultitiam pertinere dicit. Col. XIX.

XXVI. Tum omnibus Physiologiam, ceterasque Epicureae disciplinae doctrinas sequentibus magna praemia promittit. Nimirum » hasce doctrinas quis» quis sequatur, utique obtinere poterit vitam felicem adversus omnia mala, » et de quacumque re optata gaudere »; hortaturque suos sectatores, ut » adspernentur, derideantque ea, quae stulte et vane ab ignaris di» cuntur ». Col. XX. Col. XXI.

XXVII. Incommoda deinde recenset, quibus afficiuntur homines contrarias doctrinas amplexati, ac praecipue animi perturbationes, timores, atque cupiditates. Notat praecipue eorum addictam variis opinionibus servitutem, turpem deceptionem, et inconstantiam: » ob quae evenit, ut per vi» tam iactati, aut in suspicionibus constituti numquam verum vitae fructum, » ac voluptatem ceperint; sed citius e vita eiecti sint, postquam multa » mala abs re toleraverint ». Col. XXII.

XXVIII. Paraenesi ad Discipulum opus suum concludit Polystratus, in qua memorat alium librum eidem missum, ac ita inscriptum: *Sermo in vitam, quoad animi perturbationes, convenientem.* Admonet igitur Discipulum, ne se turbari patiatur » neque de rebus alienis, neque praecipue de iis, » circa quae a pueritia praeiudicatas habemus opiniones ». Eum denique hortatur, ut doctrinas ab se propositas diligenter expendat, atque si veras inveniat, ipsis magis magisque adhaereat; sin minus, contemnat. Illud autem summo studio curet, ut non solum sermone, sed etiam opere secundum illas sese dirigat: » hoc enim vere est philosophiae opus ». Col. XXIII. Col. XXIV.

XXIX. Expositis his, quae ad Auctorem, et argumentum huius libri pertinent, nonnulla de Papyri statu, et charactere adiungenda sunt. Quum

Bibliotheca Herculanensis obruta fuit, aut potius quando effossa est; nonnullae ex Papyris, quae in scriniis adservabantur, decidentes in frusta dissiluere. Haec colligere quidem ocyus licuit, sed evolvere serius: ipsa quippe, post ceteras papyros, quae vel integrae, vel saltem ampliores repertae sunt, evolvenda, legendaque curavimus. Deinde vero quum ad eadem frusta manus admoverentur, adcidit, ut Papyri huius primo inferior pars, deinde superior prodierit; quumque ex uniformi characterum ductu unum idemque volumen agnosceremus, ita altera alteri paginae subiecta est, ut integritati suae opus pro virili restitueretur. Sed quoniam ex attritu, atque evolutionis difficultate, aliqui versus necessario interciderunt; idcirco perpetua in singulis paginis lacuna conspicitur, quae quidem in primis latior, in postremis arctior est; quia hae, veluti codicis medulla, a temporis, et manuum evolventium iniuriis minus laedi potuerunt. Quamobrem supremas dumtaxat Columnas uno, aut altero versiculo suppleto ad pristinam formam redituras autumavimus. Animadvertimus profecto στιχοις XXVIII., et interdum XXVII. singulas constare paginas; siquidem latior, quae in eis conspicitur, characteris forma hisce lineis tantundem chartae occupasse videtur, quantum in aliis Herculanensibus voluminibus, ubi minutiores sunt litterae, per plures versiculos impletum notavimus.

XXX. Quod denique, lector, XII. fragmenta in III. Tabulis collecta conspicis; id factum est, tum quia in cunctis papyris priores Columnae (modo plures, modo pauciores) adeo detritae ad manus nostras deveniunt, ut litteris pene destitutae nullum exhibeant lectoribus sensum; tum quia in Polystrati Opere inferior libri pars faciliorem evolutioni se praebuit, quam superior, quae primas pagellas quasi in cinerem abeuntes nobis invidit. Quare hisce laciniis comparatis, tantummodo tres ex ista servari, et legi potuerunt; dum novem ex illa sese nobis protulerunt, et quidem maiore utilitate legendas. Nos autem rati, Auctoris, cuius scripta hactenus desiderabantur, nullas esse reliquias spernendas, praecipue ad supplenda, et enucleanda obscuriora eiusdem loca; eas diligenter exscriptas, et in animadversionibus recensitas, uti et in XI. Epicuri libro egimus, posteritati exhibemus. Quo in labore, si minus felicitatem, saltem patientiam nostram, et adcurationem aequi bonique faciendam speramus.

ΠΟΛΥϹΤΡΑΤΟΥΠΕΡΙ
ΑΛΟΓΟΥΚΑΤΑΦΡΟΝΗ
ϹΕΩϹ ΟΙΔΕΠΙΓΡΑΦΟΥ
ϹΙΝΠΡΟϹΤΟΥϹΑΛΟΓΩϹ
ΚΑΤΑΘΡΑϹΥΝΟΜΕΝΟΥϹ
ΤΩΝΕΝΤΟΙϹΠΟΛΛΟΙϹ
ΔΟΞΑΖΟΜΕΝΩΝ

Gio. B.a Malesci dis. Carlo Oratij inc.

ΠΟΛΥΣΤΡΑΤΟΥ

ΠΕΡΙ ΑΛΟΓΟΥ ΚΑΤΑΦΡΟΝΗΣΕΩΣ.

ΟΙ ΔΕ ΕΠΙΓΡΑΦΟΥΣΙΝ· ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΑΛΟΓΩΣ ΚΑΤΑΘΡΑΣΥΝΟΜΕΝΟΥΣ
ΤΩΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΠΟΛΛΟΙΣ ΔΟΞΑΖΟΜΕΝΩΝ.

POLYSTRATI

DE INIUSTO CONTEMPTU.

ALII VERO INSCRIBUNT: ADVERSUS EOS, QUI INIUSTE
CONTEMNUNT OPINIONES APUD MULTOS RECEPTAS.

ΚΑΙΔΙ ΩΝΛΟΙΠΩΝΑ
ΠΛΩCΟCΑΚΕΝΩCΤΑ ΑΤ
ΤΕΙΑΦΑΙΡΕΙΝΟΟΥΚΗΝΤΙ
ΝΕCΘΑΙΑΝΕΥΤΟΥΕΞΕΤΑ
CΑΝΤΑΓΝΩΝΑΙΟΤΙΤ ΠΑ
ΡΕΧΟΝΤΑΤ ΑΧΗΝ
ΕCΤ ΨΕΥΔ ΥΠΩ
ΤΟΥΤΟΛΕ
ΦΕ

Ε
Υ

ΝCΤΥΓ
ΛΕ ΑΛΛΑΛ
ΑCΕΠΙΜΕΛΕΙC ΔΙΑΓΓΑΡ
ΥΓΙΑΙΝΕΙΟΥΘΥΦΕΝΟCΕ
ΝΟΧΛΗΘΗC ΤΑΙΩΝΝΥΝ
ΕΝΟΧΛΕΙΤΑ ΚΑΙΓΑΡΕ
ΓΩΙ(φηcει)ΤΟΥΤΟ ΔΑΚΑΙΤΟΥ
ΤΟΒΟ ΛΟΜΑΙΚΑΙΤΟΥΤΟ

COL. I

Gio. Bª Malesci dis. Carlo Oratij inc.

COLUMNA I.

και δια των λοιπων ἀπλως, ὁσα κενως ταραττει, αφαιρειν· ὁ ουκ ην γινεσθαι ανευ του εξετασαντα γνωναι, ὁτι τα παρεχοντα την ταραχην εστι ψευδη. Ει δε ουπω τουτο λεγει, ουθεν διαφερει των πολλων . . . . . .

. . . .

ὧν ετυγχανεν εμμελετων, αλλα μαλλον ὑγειας επιμελεισθαι· αν γαρ ὑγιαινει, ουθ' ὑφ' ἑνος ενοχληθησεται, ὧν νυν ενοχλειται. Και γαρ εγω, φησει, τουτο οιδα, και τουτο βουλομαι, και τουτο

tum absolute per cetera, quaecunque vane perturbant, auferat; quod fieri non possit, nisi quis exquirendo agnoscat res perturbationem adferentes esse fallaces. Quod si nondum id dicit, nihil differt a vulgo . . . .
. . . .

CAP. I.
Philosophus non timeat phaenomena.

. . . .
quae meditabatur, sed potius sanitatis curam gerebat: si enim sanatur, ne ab una quidem earum rerum turbabitur, a quibus nunc turbatur. Etenim ego, inquiet, id novi, idque cupio, immo id

ADNOTATIONES.

Lin. 1. *και δια των λοιπων*) Praecedens periodi *κωλον* habes in Fragmento 12 Tab. III. quod ita suppletum legimus, atque interpretamur: *τον φοβον λυσαι, και την ὑποψιαν· τουτο δ' ειναι φρονησεως εργον νομιζων το την ματαιον ταραχην, και δι' ενυπνιων, και δια σημειων κ. λ.* *timorem solvere, atque suspicionem: hoc autem esse prudentiae munus existimans, vanam perturbationem, et per insomnia, et per signa, etc.* Si totum itaque contextum conficias, habebis utique sententiam Epicureo Philosopho congruentem. Epicurus enim timorem, et suspiciones, quae vulgus superstitionibus concussum perturbant, animo expellenda docuerat. Scripserat enim ad Menoeceum: *Ου γαρ προληψεις εισιν, αλλα ὑποληψεις ψευδεις, αἱ των πολλων περι Θεων αποφασεις.* *Non enim sunt anticipationes, sed opinationes falsae, quae vulgus de Diis sentit.* Laërt. L. X. segm. 124. De somno quoque praecipit, ut Sapiens vel in eo sapientiam suam non amittendam curet; caveat scilicet, ne somniis vanis perturbetur: *σοφον... καθ' ὑπνους εσεσθαι*, *sapientem in somnis quoque sibi similem futurum. Ibid.* segm. 121. Prudentiam vero admodum commendat in eadem Epistola, ubi inquit: *παντων αρχη, και μεγιστον αγαθον ἡ φρονησις· διο και φιλοσοφιας το τιμιωτερον ὑπαρχει ἡ φρονησις, εξ ἡς αἱ λοιπαι πασαι πεφυκασιν αρεται.* *Omnium initium, et maximum bonum prudentia est: idcirco etiam inter philosophiae bona honorabilior est prudentia, ex qua reliquae virtutes omnes oriuntur.* Prudentiae autem tribuit, ut *δοξας εξελαυνῃ, αφ' ὡν πλειστος τας ψυχας καταλαμβανει θορυβος....* *opiniones expellat, per quas animum plurimus occupat tumultus:* siquidem *ουκ εστιν ἡδεως ζην, ανευ του φρονιμως*, *non potest iucunde vivi, nisi prudenter.* Segm. 130. §. 5. Plutarchus etiam in Lib. *De Stoicorum Repugnant.* hanc Epicuri sententiam memorat, qui prudentiam cum Chrysippo adpellat *felicitatis effectricem*, his verbis: *την φρονησιν ἡγειτο* (*Χρυσιππος*) *ποιητικον ειναι της ευδαιμονιας το αγαθον, ὡσπερ ὁ Επικουρος*, *prudentiam censebat* (*Chrysippus*) *esse tale bonum, quod vim efficiendae felicitatis haberet; sicut visum fuit Epicuro. Opp.* T. II. pag. 1046. *Francof.* 1599.

Lin. 7. *Ει δε ουπω τουτο λεγει, ουθεν διαφερει των πολλων*) Supplementi ratio ea est, quam Epicureorum doctrina praebet. Saepe enim conqueritur Epicurus de erroribus, in quos a signis *οἱ πολλοι* inducuntur; inquit enim: *ἁπασα περι των μετεωρων αιτιολογια ματαια εσται·* *tota, quae de meteoris redditur, ratio inanis erit.* Laërt. L. X. segm. 114. Nemo autem fusius, et saepius hac de re egit, quam Epicureus poëta Lucretius. Cecinit enim L. V. vers. 87.

Rursus in antiquas referuntur relligiones,
Et Dominos acres adsciscunt, omnia posse
Quos miseri credunt, ignari, quid queat esse,
Quid nequeat, etc.
Et vers. 1193.
Oh genus infelix humanum, talia Divis
Quum tribuit facta, atque iras adiunxit acerbas!
Quantos tum gemitus ipsi sibi, quantaque nobis
Volnera, quas lacrumas peperere minoribu' nostris.
Denique Lib. VI. v. 49.
Cetera, quae fieri in terris, coeloque tuentur
Mortales, pavidis quum pendent mentibu', saepe
Efficiunt animos humiles formidine Divum,
Depressosque premunt ad terram; propterea quod
Ignorantia causarum conferre Deorum
Cogit ad imperium res, et concedere regnum.

Lin. 12. *ὡν ετυγχανεν εμμελετων κ. λ.*) Ut supplementum recto stet talo, haec Epicuri sententia ad Herodotum scripta ob oculos habeatur oportet: *ἡ αταραξια το τουτων παντων απολελυσθαι, και συνεχη μνημην εχειν των ὁλων, και κυριωτατων· ὁθεν τοις πασι προσεκτεον τοις παρουσι, και ταις αισθησεσι κατα μεν το κοινον ταις κοιναις, κατα δε το ιδιον ταις ιδιαις, και πασῃ τῃ παρουσῃ καθ' ἑκαστων των κριτηριων εναργειᾳ· αν γαρ τουτοις προσεχωμεν, το, ὁθεν ὁ ταραχος, και ὁ φοβος εγινετο, εξαιτιολογησομεν.* *Liberatio a perturbationibus evenit, quum ab his omnibus animus solvitur, et continuam universarum, et maxime principalium caussarum memoriam servat: quare ad omnia praesentia adtendendum, et ad sensus, tum communes in re communi, tum proprios in privata, et ad omnem praesentem in singulis iudicandi instrumentis evidentiam: si enim hisce adtenderimus, caussas, unde pertur-*

batio, metusque fiebat, recte inveniemus. Diog. Laërt. L. X. segm. 82. Item apud Plutarchum Epicurus ait: αἱ μετεωρων ὑποψιαι ενωχλουν. *Advers. Col.* L. I. Iuverit fortasse non parum Fragmentum 11 Tab. III. quod heic in medio ponimus, atque interpretamur: μη ταραττεσθαι οὑτω γενομενοι· ὡς αν γενωμεθα φρονιμοι, ουθ' ὑφ' ἑνος τουτων ενοχλησομεν ἡμας. Ὁτι μεν γαρ φρονησεως δει επιμελεισθαι, και αν··· *non turbari sic adfecti: itaut, quando prudentes efficimur, ne pro una quidem harum rerum turbaverimus nosmetipsos. Quum enim prudentiae incumbere oporteat, et utique*... Quod autem *sanus*, *sanitas*, *sanari* etc., ad animum translata, *liberationem a perturbationibus* significent, in comperto est; et passim apud Philosophos, qui de morbis animi, eorumque curatione agunt, occurrunt exempla.

ΟΝ ΑΙΔΙΟΥΕΝΕΡΓΩΠΑΡΑ
CΚΕΥΑCΑCΘΑΙ CΥΔ ΟΥ
ΜΕΝΑΝCΥΝΤΕΛΕ ΑΙΜΗΝ
ΑΥΤΟΟΥΘΕΝΛΕΓΕΙ ΟΤΕ
ΔΕΑΝΓΕΝΩΜΑΙΥΓΙΗCΟΥ
ΘΕΝΟCΤΟΥΤΩΝΠΡΟCΔΕ
ΗCΟΜ ΟΚ ΤΥ ΛΩΦΑCΙ
ΠΡΟΔΗΛΟΝ ΚΑΙΩCΟΥΝ
ΠΑΘΟΥCΑΝ ΟΥΤΟΙΟΥΤΟΥ
ΑΤΑΓΕΛΑ ΕΙΕΝΟΡ Α
ΙΔΕ ΟΝΚΑΙΤ

ΟΥΘΕ ΝΟ ΤΟ
ΛΟΓΟ ΘΟΙΓ
ΟΙΤΟΥΤΟΙCΠΕΡΑΙΝΟΥCΙ
ΑΛΛΟΥΕΙΤΟΥ ΤΑΤΟΙΑΥΤΑ
ΔΙΑΛΕΓΟΜΕΝΟΥCΑΥΤΟΥC
ΠΡΩΤΟΝΔΕΙ ΙΔΑΙΜΟC
ΝΟΥΝΤΑCΕΠΙΤΩΝΕΡΓΩΝ
ΚΑΙΤΙΘΡΑCΥΝΟΜΕΝΟΙΑ

COL. II

Gio. B.a Malesci dis. Carlo Orazj inc.

COLUMNA II.

αμαι, δι' οὗ ενεργω παρασκευασασθαι. Συ δ', εξ οὗ μεν αν συντελεσαιμην αυτο, ουθεν λεγεις. Ὁτε δε αν γενωμαι ὑγιης, ουθενος τουτων προσδεησομαι. ὃ και τυφλω, φασι, προδηλον. Δικαιως ουν παθους αν του τοιουτου καταγελασειεν ὁ ῥιψας το παν επιδεκτον, και. . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

ουθεν επινοει, ὅτι οὗτος ὁ λογος, καθως οἱ περ εναντιοι τουτοις περαινουσιν αλλοιοι τους τα τοιαυτα διαλεγομενους, αυτους πρωτον δεισιδαιμονουντας επι των εργων, καν τι θρασυνομενοι α-

censeo, quo instrui satago. Tu vero, quomodo possim id utique perficere, non dicis. Quando autem efficiar sanus, nulla harum rerum indigebo; quod et caeco, ut aiunt, perspicuum est. Iure igitur huiusmodi perturbationem inridere poterit is, qui ab se reiecerit omnia, quae illam admittere possunt, et . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

CAP. II.

Philosophus ad pristinum metum superstitiosum nunquam redeat.

¶ neutiquam animadvertit, quod haec cogitandi ratio, uti et adversarii concludunt, immutat eos, qui haec mente revolvunt, ipsos etiam, qui superstitioso metu prius agitabantur in agendo; quique si quid audacter

Lin. 2. et seqq. Σὺ δ' ἐξ ὅυ κ. λ.) Plutarchus id Epicuro objicit, quod heic Polystratus per *praeoccupationem* eluere nititur: quod scilicet promittat sanitatem, quietem, fiduciam; sed viam eo ducentem non monstret. *Non posse suaviter vivi secundum Epicurum. Opp.* T. II. p. 1088. et seqq. *Francofurti* 1599. Ipse etiam, ut aliquis γενηται ὑγιης, requirit αφοβιαν, αταραξιαν, ἡσυχιαν. *De Virt. et Vit.* p. 101.

Lin. 11. et seqq. καταγελασειεν ὁ ῥιψας κ. λ.) Ex contextu, et *inrisione* eorum, quae ad Divinationem, et Providentiam pertinent, Epicurei *non minimam sibi* promittebant *voluptatem, tranquillitatem, et fiduciam,* ουχ ἡκιστα φασιν ἡδονην, και γαληνην, και θαρσος αυτοις παρασκευαζειν. Plutarch. *Non posse suaviter vivi secundum Epicurum. Opp.* T. II. p. 1100. *Franc.* 1599. *Ridiculum* etiam modo dixerat Polystratus argumentandi modum, quo utuntur homines ad signa, et portenta plus aequo adtendentes, ut inde in timorem, et perturbationem inducantur. Αυτα ἐξ αναγκης ἡμιν, και εκεινοις ἐξακολουθουσι συμπτωματα. Γελοιον ουν το, επειδη εκεινοις η ουκ εστιν... *Iidem necessario nobis, et illis sequuntur effectus. Ridiculum igitur hoc, quoniam illis aut non est...* Fragment. Tab. II. n. 7.

Lin. 13. et seqq. ουθεν επινοει κ. λ.) Supplemento, et contextus sensui facem praetulit hoc Plutarchi κομμα· ευτυχων, και κατορθων ὁ λογος αυτων φοβον αφαιρει τινα, και δεισιδαιμονιαν· *ipsorum (Epicureorum) sermo, si feliciter, et recte id probaret, quod habet propositum, metum auferret quemdam, ac superstitionem. Non posse suaviter vivi secundum Epicurum.* p. 1100. Verbum διαλεγομενους habes in Fragmento 9. Tab. II. ubi Polystratus in eos scribit, qui ex facili analogia casuum similium, atque ex argumentatione illa, quam vocant Scholastici, *post hoc, ergo propter hoc*, superstitionibus suis probabilitatem comparare nituntur: η αλλως πως διαλεγομενους ταυτα τουτοις, και ἡμιν συμβεβηκεναι, ὡσπερ ενιοι ποιουσιν ευηθισοντες, και προς την ἑτερων μονον των μη... *aut alioqui comprobantes haec his, et nobis evenisse, quemadmodum nonnulli faciunt stulte se gerentes, et ad aliorum solummodo, qui non...*

ΠΟΤΟΛΜΗϹΩϹΙΝΚΑ
ΑΥΤΩΝΛΟΓΟΝΠΡΑΞ
ΜΕΤΑΜΕΛΕΙΑΙϹΚΑΙΦΟ
ϹΥΝ ΧΟΜΕΝΟΥϹΚΑΘΑΠΕΡ
ΚΑΙΤΟΝΤΟΝΟΦΙΝΑΠΟϹ
ΚΤΕΙΝΑΝΤΑΕΝΤΩΙΙΕΡΩΙ
ΙϹΤΟΡΟΥϹΙΝϹΥΝΚΥΡΗϹΑΝ
ΑΥΤΩΙ
ΤΟϹΓΑΡΑΛΛΟΤΡ ΟΥΤΙΝΟϹ
ΤΑΥΤΑ Ξ
ΑΥΤΩΝ ΜΕΤΑΑΦΕΙΑ ΛΟϹ
ΟΝΟΝΦΑ ΝΑΝ ΝΑΙ
ΥϹΟ ΝΟ ΙΝΗ ΤΟ

ϹΗΝΙΔΙΟ ΕΙ
ΓΑΡΠΑΝΤΑ ΕΝΑΥΤ Ι
ϹΥΜΦΩΝΟΥϹ ΚΑΙΟΥΘΑΜΕΙ
ΑΝΤΙΜΑΡΤ ϹΑΩϹΠΕΡ
ΤΟΨΕΥΔΟϹΑϹΑΛΕΥΤΟΝΠΟΙ
ΕΙΠΕΡΙΕΚΑϹΤΟΥΤΗΝΠΙϹ
ΤΙΝ ΔΙΟΠΑΝϹ ΝΤΙϹΠΕ
ΡΙΤΟΥΤΟΙΟΥΤΟΥΛΕΓΗΜΗ

ΠΕΡΙΤΩ ΥΤΩΝ

COL. III

Gio. B.a Malesci dis. *Carlo Oraty inc.*

COLUMNA III.

ποτολμησωσιν, κατα δ' ἑαυτων λογον, πραξεων μεταμελειαις, και φοβοις συνεχομενους· καθαπερ και τον τον οφιν αποκτειναντα εν τῳ ἱερῳ ἱστορουσιν· συνκυρησαντος γαρ αυτῳ αλλοτριου τινος μετα ταυτα, αφει λαξ ὁμον, ὃν φασιν αναστηναι Τους ουν οφιν, η τοιουτο

. . . .

. . . .

. . . .

ισην ιδιοτητα. Ἡ αληθεια γαρ πανταχοθεν αυτῃ συμφωνουσα, και ουδαμει αντιμαρτυρουσα, ὡσπερ το ψευδος, ασαλευτον ποιει περι ἑκαστου την πιστιν· διο παν, ὃ αν τις περι των τοιουτων λεγῃ, μη-

egerint, suam deinde sequentes cogitandi rationem, actionum retractationibus, timoribusque cohibentur: quemadmodum et eum *fecisse*, qui serpentem occidit in templo, narrant: quum enim ei nescio quid adversum adcidisset post haec, calce dimisit parem *serpentem*, quem ferunt insurrexisse. Eos igitur, qui serpentem, aut aliquid huiusmodi

. . . .

. . . .

. . . .

aequalem proprietatem. Veritas enim undique sibi consona, et nullatenus repugnans, uti falsitas, imperturbatam reddit de singulis rebus fidem: propterea solvit id omne, quod hisce de rebus quispiam dicat, qui

Lin. 2. et seq. πραξεων μεταμελειαις) Saepe ii, quorum *praeiudicia* excusserit Philosophia, ad eadem redeunt, quae a pueris quodammodo ebiberunt, et frequenti *consilii mutatione* adficiuntur. Elegantiorem vero loquutionem habere videtur prae Nostro Aristoteles, ubi inquit: ετι δει την πραξιν λυπηραν ειναι και εν μεταμελειᾳ, *praeterea oportet actionem molestam esse etiam in consilii mutatione. Ethic.* L. III. Cap. 2. pag. 37. T. III. *Opp. Paris.* 1654. Dixisset fortasse Thucydides ἡ περι πραξεων μεταμελεια, uti eruimus ex L. III. Cap. 37. pag. 220. T. II. *Bipont. edit.* Sed Polystrati textum litterulis deficientem ad huiusmodi φρασιν adcommodare nequivimus.

Lin. 8. αλλοτριου τινος) Quandoquidem το αλλοτριον interdum est *non consentaneum, incongruum, adversum, hostile;* nos vertimus *nescio quid adversum* ad illud Demosthenis respicientes: ουδεν μνησικακων, ει τι προτερον γεγονεν αλλοτριον ταις πολεσι προς αλληλας, *nullam iniuriarum memoriam retinens, si quid hostile civitates invicem gesserint. De Cor.* 290. *Lips.* 1770. Ceterum si placeat vertere *aliquid alienum*, seu *aliqua animadversio aliena*, scilicet *a sua audacia philosophica*, perinde ac si dicat: *quum enim nescio quid alienum in mentem occurrisset;* sarctus tectusque sensus servabitur, et Lexicographi non intercedent.

Lin. 9. αφει λαξ ὁμον) Is, quem Polystratus heic memorat, in templo *calcem bestiae urserat*, uti ait Tertullianus in *Scorpiaco* p. 487. *Ven.* 1744. Mox facti sui poenitens, sibique minus constans alium serpentem calcare non est ausus, sed eum post se dimisit. Poenitentiae caussa fuit procul dubio superstitiosus ille metus, quem triste anguis omen ingerebat, quemque prius, philosophicis animadversionibus permotus, recte contempserat. De huiusmodi omine est illud Horatii *Rumpat et serpens iter institutum* etc. Od. L. III. Od. 27. v. 5. Cui addendi sunt Terentius in *Phorm.* Act. IV. *Sc. 4.* v. 27. Livius c. I. L. 56. Valerius Maximus L. I. c. 6. §. 7. et Plautus in *Amphitr.* Act. V. Sc. I. v. 56. Verum genuina ratio, ob quam terret prae ceteris animantibus mortales anguis, habes Geneseos III. 14.

Lin. 11. Τους ουν οφιν̓, η τοιουτο) Sensus fortasse is erit: *Eos igitur, qui serpentem, aut aliquid huiusmodi, vulgo male ominatum, semel contempserint, oportet in eadem animi firmitate consistere; nec unquam veritatem cum falsis opinionibus commutare.* Porro illud τοιουτο ad cetera animantia referas, quae triste portendere omen putabantur. Consule Tullium *De Divin.* L. I. n. 26. et seqq. Hac de re fuse agunt Niphus *De Auguriis* L. I. c. 10. Bulengerus *De Sortibus* L. II. c. 1. et seqq. aliique Archaeologi.

Lin. 12. et seqq. ισην ιδιοτητα. Ηʿ αληθεια κ. λ.) Supplendum in lacuna videtur: *veritas profecto, et falsitas non habent aequalem proprietatem. Veritas enim* etc. De hac veritatis proprietate vide Platonem *De Rep.* L. VI. T. III. p. 490. et in *Phaedr.* T. III. p. 262. Ciceronem *Pro Cluentio* C. II. Queritur Polystratus interdum homines non esse in suis doctrinis constantes, easque factis negare: quum contra οἱ συμφωνοι τοις εργοις λογοι, αριστοι· quod fuse probat Maximus Tyrius in Diss. XXXI. *alias* XV. Epicurus non absimili sensu adhibet vocem in Epist. ad Herodotum Laërt. L. X. segm. 77.

Lin. 21. των τοιουτων) Ita refinxisse Orthographus videtur in ima pagellae ora, quum ad plura, non ad unum oratio respiciat. Ceterum nihil prohibet, quin hae voculae inter verba in papyri hiatu deperdita reponendae fuerint.

ΕΝΔΕΙΚΝΥΜΕΝΟΣΠΕΡΙ
ΤΟ ΠΟΤΕΡ ΝΔΥΝΑΤΟΝ
ΠΟΥΔΥΝΑΤΟΝΥΠΑΡΧΕΙΝ
ΕΝΤΗΙΦΥΣΕΙΤΑΣΤΟΙΑΥ
ΤΑΣΔΥΝΑΜΕΙΣΟΙΑΙΠΑΡΑ
ΔΕΔΟΝΤΑΙΗΚΑΙΤΟΝ ΕΟΝ
ΣΥΝΤΕΛΕΙΝΤΑΥΤΑΚΑΤΑ
ΒΟΥΛΗΣΙΝΑ ΕΙΗ ΙΓΑΡ
ΑΝΑΓΚΗΕΝΑΥΤΟΙΣΤΟΙΣ
ΠΡΑΓΜΑΣ ΑΣΤΟΥΤΩΝ
Α ΡΤΙΑΣΥΠΑΡ ΕΙΝΦΥ
Σ ΛΛ ΤΟΙ

ΚΑ
ΤΩ
ΤΥ
ΑΡΑΤΗΝΕΞΕΚΕΙ
ΩΝ ΙΑΝΚΑΙΒΟΥΛΗ
ΣΙΝΣΥΝΤΕΛΕ ΘΑΙΗΤΑ
ΜΕΝΟΥΤΩΙΤΑΔΟΥΤΩΙ
ΠΕΡΙΤΟΥΤΩΝΟΥΝΕΠΙΚ
ΣΚΕΠΤΕΟΝΟΥΣΥΛΛΟΓΙΣ
ΜΟΥΣΗΕΠΑΓΩ ΑΣΠΕ
ΑΙΝΟΝΤΑΣΟΥΔΕΡΗΣΙΚΟ
ΠΟΥΝΤΑΣΟΥ ΑΛΛΩΣΠΩΣ

COL. IV

Gio. Bª. Malesci dis. Carlo Oratij inc.

COLUMNA IV.

·· ν δεικνυμενος περι του, ποτερον δυνατον, η ου δυνατον ὑπαρχειν εν τη φυσει τας τοιαυτας δυναμεις, οἱαι παραδεδονται, και τον Θεον συντελειν ταυτα κατα βουλησιν, λυει. Ηδη γαρ αναγκη εν αυτοις τοις πραγμασιν τας τουτων ἁμαρτιας ὑπαρχειν φυσει. . . . .

. . . .

. . . .

. . . . ταυτα μηδεποτε παρα την εξ εκεινων σοφιαν, και βουλησιν συντελεισθαι· η τα μεν οὑτω, τα δ' ὁυτω. Περι τουτων ουν επισκεπτεον ου συλλογισμους, η επαγωγας περαινοντας, ουδε ῥησικοπουντας, ουδ' αλλως πως

nihil ostendit de ea quaestione; num scilicet possint, necne, existere in natura huiusmodi potentiae, quales traduntur, et Deus possit ista conficere secundum suam voluntatem. Protinus enim necesse est, ut in ipsis rebus harum *potentiarum* aberrationes reperiantur naturaliter. . . . .

. . . .

. . . .

. . . . haec nequaquam ab eorum *Deorum* sapientia, et voluntate perfici; aut haec quidem sic, alia vero sic. De his igitur observandi sunt, non qui per syllogismos, aut inductiones argumentantur, nec qui eloquentiam ostentant, nec qui alio modo aliquando

ADNOTATIONES.

Lin. 4. et seqq. τοιαυτας δυναμεις, οἱαι παραδεδονται) Quod phaenomenorum *causae* physicae adtendendae sint, insinuare videtur Noster in Fragm. Tab. I. n. 3. ubi inquit: ουτε δια σημειων φυεται, ουτε δι' αλλου τροπου απο της αυτης αιτιας. Ο'θεν ουδ' ευλαβεισθαι προ του παθειν· *neque per signa fit, neque per alium modum ab eadem causa. Unde neque evitare* (*oportet*), *antequam pati contingat.* Re vera Epicurus δυναμιν, *potentiam*, Divinam a *signis* amoverat, earumque causam physicam investigandam docuerat. Quare Seneca, *Tu*, inquit, *Epicure, Deum inermem facis: omnia illi tela, omnem detraxisti potentiam, et ne cuiquam timendus esset, proiecisti illum extra murum. . . . Nulla illi nec tribuendi, nec nocendi materia est. De Benefic.* L. IV. c. 19. Idem habet Cicero *De Nat. Deor.* L. I. et Plutarchus *Advers. Colot.* p. 1123. et seqq. Haec autem quomodo aequi bonique facienda sint, ubi ad superstitiones veterum perstringendas referantur, declarat Gassendus, *De Vit. et Morib. Epic.* L. IV. c. 3. et seq.

Lin. 6. και τὸν Θεον συντέλειν ταυτα κατά βουλησιν. Plutarchus in Libro *De Superstitione* p. 171. quod superstitiosi Diis tribuant, quae naturae vires, cursumque non excedunt, queritur. Hinc Epicurum ad negandam omnino Providentiam irrepsisse innuit *De Stoic. Repugnant.* p. 1051. eumque omnia phaenomena, et praecipue meteora a causis physicis, non a Divina voluntate repetenda adfirmasse tradit, *De Placit. Philos.* L. II. p. 886. et seqq. Adde Ciceronem l. *in Pisonem*, Senecam *De Beneficiis* c. IV. et Lactantium *De Ira Dei* c. IV. Hanc autem Doctrinam, quam Epicurus in *Epistolis* ad suos discipulos, et in *Ratis Sententiis* passim inculcat, eiusque fidissimus adsecla Lucretius versibus exposuit, Noster etiam mordicus heic tuetur; eamque, utpote Divinae Providentiae admodum infensam, plurimi veri nominis Philosophi refutarunt. Praecipue ad Herodotum scribens Epicurus docet Deum κατα βουλησιν meteora non efficere. Laërt. L. X. segm. 77.

Lin. 11. φυσει) Dedimus nomini vim adverbii, uti adsolet. Sed si alium subinde casum ex residuis vocis elementis fingas, et legas: φυσις γαρ ενιοτε ἁμαρτανει κ. λ. vel quid simile, unum utique eumdemque sensum efficies, qui a consequentibus post lacunam satis illustratur: Est itaque: *quum aberrationes sint in natura, eae Deorum voluntati tribuendae sunt: aut fatendum haec phaenomena nequaquam eos Auctores agnoscere.*

Lin. 18. et seq. η τα μεν οὑτω, τα δ' οὑτω) Idiotismus Graecis usitatissimus, interpretationi nostrae adprime favet. *Aut enim naturae aberrationes Diis tribuas, aut phaenomena non a Diis, sed a natura ipsa repetas, aut alia illo modo, alia hoc fieri censeas.* Porro has opinationes, uti absurdas, traducebant Epicurei, inter quos et Noster; adeoque discrimen inter Causam Primam, et Secundarias ignorare simulabant. Hos refutat Plato *Phileb.* T. II. p. 28. 30. *edit. Steph.* Vide S. Augustin. *Contra Academ.* L. I. c. 1. *De Civit. Dei* L. V. c. 10. et D. Thomam *Summ. Theolog.* P. I. Q. 22.

Lin. 20. et seqq. περι τουτων κ. λ.) Saepe Polystrati Magister discipulos admonebat, ne κενοις φθογγοις, aut μη επιμαρτυρουμενοις, aut λοιπων ανθρωπων αγνοιᾳ deciperentur, sed αισθησεσιν, unico, ut aiebat, veritatis κριτηριῳ se crederent. Laërt. L. X. §. 32. 51. 81. 83. 116. Huc respicit Noster, dum syllogismos, inductiones, et verba adversariorum spernenda docet.

Δ ΕΓ
ΥΤ
Λ ΥΝΤΑϹ
Α ΤΩ
ΕΤΑΖ
ΝΕΙΝΑΙΤ
ΚΟΥ

Π ΟΥϹ ΛΙϹ
ΚΟ
ΔΥΝΑΤΑΙϹ
ΔΟ
ΝΑΙ ΕϹΤ
ΩΝΟΝ

ΕΓ Ϲ ΩϹ
ΠΕΡ Ε ΥΝ
ΙΜΗΔΕ ΜΗΤΕΠΕ
ΙΗϹΤΟΥΤΟΥΦΥϹΕΩϹ
ΙΒΟΥΛΗϹΕΩϹΕΞΕΤΑ Ι
ΤΑϹΜΗΤΕΠΕΡΙΤΗϹΗ
ΜΕΤΕΡΑϹΦΥϹΙΟΛΟΓΗϹΑΝ
ΤΑϹΔΟΡΘΩϹΠΕΡΙΠΑΝΤΩΝ
ΤΟΥΤΩΝΜΟΝΩϹΕϹΤΙ
ΗΝΑΛΗΘΕΙΑΝ ΥΝΙΔΕΙΝ
ΚΑΙΓΑ ΤΑΔΥΝΑ ΑΚΑΙΑ
ΔΥΝΑΤΑΕΙΤΕΚΑΤΑΘΥϹΙΑΝ

COL. V

Gio. Bª. Malesci dis. Carlo Orazj inc.

COLUMNA V.

διαλεγομενοι . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . . . . μηδεν μητε περι της τουτου φυσεως, και βουλησεως εξετασαντας, μητε περι της ἡμετερας. Φυσιολογησαντας δ' ορθως περι παντων τουτων μονως εστι την αληθειαν συνιδειν. Και γαρ τα δυνατα, και αδυνατα, ειτε κατα ουσιαν,

disserentes . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

CAP. III.

Physiologiae utilitas praedicatur.

. . . . ¶ neque de huius (Dei) natura, et voluntate quidquam inquirentes, neque de nostra. Qui autem recte de horum omnium natura disserunt, iis solis contingit veritatem conspicere. Etenim possibilia, et impossibilia, sive secundum essentiam,

ADNOTATIONES.

Lin. 1. διαλεγομενους). Ita supplevimus ex Fragm. Tab. III. num. 9. quod et citavimus in *Adnot.* pag. 6. Ibi enim eodem sensu habes η αλλως πως διαλεγομενους. Porro superior huius Columnae pars litterulas adeo paucas, easque dissitas prodidit, ut quidquid temere legeremus, iure exsibilaret lector.

Lin. 5. et seqq. περι της τουτου φυσεως, και βουλησεως) Quod Dei, non alius *naturam, et voluntatem* indicet Noster, ex verbo τουτου facile intelleximus. Quum enim Dei naturam Epicurus beatissimam dixerit, atque ab omni perturbatione alienam, apud Laërtium lib. X. segm. 123. et 139. apud Sextum Empiricum *Hypotyp.* L. III. c. 24, et apud Nemesium *De Nat. Hom.* c. XLIV. quumque eius voluntatem damnis inferendis imparem praedicaverit, *ibid.* segm. 82, et seq., non abs res eius Discipulus Dei naturam, et voluntatem inquirendam heic docet, ut probet signa, et prodigia non esse ab eo repetenda, sed naturae cursui adscribenda. Perlege Fragm. Tab. II. num. 6. μηθεν μηδε σημεια, και τερατα, και τα τουτοις ὁμογενη, μηδ᾽ αλλα ὁρωμενα· ὁτι ουτε τῳ αυτῳ λογισμῳ διάνοει δη, ουδ᾽ ἡμεις πολλα βλαπτοντα επισυνορωντες ..... *Nihil (Deo tribuemus) neque signa, et prodigia, et id genus alia, neque cetera, quae conspiciuntur; quia nec ille quidem ratiocinatione (nostrae simili) utitur, neque nos multa nocentia conspicientes ....* Eos igitur, qui non ita opinantur, et humanas adfectiones Deo adscribunt, arguit, quod *neque de Dei natura, et voluntate, neque de nostra quidquam inquirant.*

Lin. 9. et seqq. Φυσιολογησαντας δ᾽ ορθως κ. λ.) Physiologiae vocabulum in Epicuri epistolis saepius occurrit: immo totae eius epistolae ad Herodotum, et Pythoclem de Physiologia agunt. Vocem hanc Budaeus vertit *studium naturae indagandae. Comment. Linguae Graecae* h. v. parum a Cicerone *De Divin.* L. I. num. 90. discedens. Porro το φυσιολογειν Hesychius interpretatur περι φυσεως διαλεγεσθαι, atque apud Aristotelem habes, ut in Polystrato, περι παντων φυσιολογουντες. *Metaphys.* L. I. c. 7. Epicurei autem se physiologos ceteris praestantiores esse iactabant, uti eruimus a Plutarcho *De Oraculorum Defectu. Opp.* T. II. p. 434. *Francofurti* 1599. ac propterea Noster veritatem per rectam Physiologiam eliciendam adfirmat. Id ipsum legimus in memorata Epicuri epistola Laërt. L. X. segm. 76. Iam vero Polystratus non omnes ορθως φυσιολογειν animadvertit, ut eos, qui Epicuream in explicandis phaenomenis doctrinam sectantur, ceteris philosophis praeponat: quod et innuere videtur in Fragment. Tab. III. num. 10. Eius verba ita suppleta interpretabimur: ῥαδιως δυνησομεν, τι εστιν ακολουθον, συνοραν· ὁτι και την αυτων πραξιν, και αυτων ορθως τι ποιουντων τον λογον ουκ αγνοουμεν, ὁτι παντα μεν τα τοιαυτα λεγομενα .... *poterimus facile, quid est consequens, perspicere; quia ipsorum actionem, atque rationem eorum, qui recte quidpiam agunt, non ignoramus, quia haec omnia, quae dicuntur ....* Ubi vides *rationem* in iis laudari, qui recte quidpiam agunt; quemadmodum a recta Physiologia rectam quoque se gerendi rationem in praesenti Tabula deducit Noster.

Lin. 13. et seq. Και γαρ τα δυνατα κ. λ.). Similia περι των δυνατων habet Aristoteles *De Coelo* L. I. c. 12. et *Metaphysicorum* L. V. c. 12. et L. IX. c. 1. et seqq.

ΑΜΙΝΗ
ΡΓΕΙΑΝ ΤΙΝΑΟΥΝ
ΩϹΜΟΝΩϹΕϹΤΙΝΚΑ
ΝΟΗϹΑΙΚΑΙΤΑΜΕ
ϹΟΥΔΥΝΑΤΑΗΜΗ
ΚΑ ΡΧΕΙΝΗΠΟΙ
ΕΙ ΝΕΙΝΚΑΙΤΑ
ΨΕΥ ΚΑΤΑΤΟΥϹ
ΜΥΘ ΤΩΝΠΟΛ
ΛΑϹΔ ΔΟΜΕ
ΝΩΝΙ ΚΑ
ΟΝΔΗΤΟ
ΤΟΝ

ΟΙ
Φ ΟΛ Ο
Ν ΝΙ ϹΙΚΑ
Π ΝΤΑΦΟΥ Ν ΤΑϹΑΝ
ΥΠΟΨΙΑΝΜ ΤΑΟΝΑΦΑΙ
ΡΕΙ ΩϹΑΥΤΩ ΕΚΑΙΤΑ
ΛΟΙΠΑΨΥΧΗϹΠ ΛΘΗΠΑΝ
Θ ϹΑΠΑΡΑΚΕΝΑΚΑΙΨΕΥ
ΔΕΙϹΔΟΞΑϹΕΓΓ ΝΕΤΑΙ
ΚΑΙΜΟΝΗΤΟΝΕΛΕΥΘΕΡΟΝ
ΒΙΟΝΠΑΡΑϹΚΕΥΑΖΕΙ

COL. VI

Gio. B.ª Malesci dis. Carlo Oratij inc.

COLUMNA VI.

ειτε κατα δυναμιν, η ενεργειαν εστιν. Ἀ ουν αλλως μονως εστιν, ου δει εννοησαι· και τα μεν οντως ου δυνατα, η μη ἱκανα ὑπαρχειν, η ποιεισθαι, η μενειν, και τα ψευδη εστι κατα τους μυθους ποιητων, πολλας δοξας ενδεδομενων . . . .

. . . .

. . . .

. . . . Ποιει δ' ἡ Φυσιολογια τον νουν μη ἀγνωναι τα Φυσικα παντα, αφ' οὑ την πασαν ὑποψιαν ματαιον αφαιρει· ὡσαυτως δε και τα λοιπα ψυχης παθη, πανθοσα παρα κενας, και ψευδεις δοξας εγγινεται· και μονη τον ελευθερον βιον παρασκευαζει,

aut secundum potentiam, seu efficaciam sunt. Quae igitur solum aliter sunt, considerari non debent: et nonnulla quidem omnino impossibilia sunt, seu nequeunt existere, aut fieri, aut permanere; et alia sunt falsa secundum poëtarum fabulas, qui multas opiniones indiderunt. . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

Id autem efficit Physiologia, ut mens non ignoret omnes naturales effectus, a qua aufert omnem suspicionem vanam; uti etiam ceteras animi perturbationes, quaecunque propter vanas, falsasque opiniones gignuntur; atque sola liberam vitam comparat,

Lin. 2. et seq. Ἀ ουν αλλως μονως εστιν κ. λ.) Quae neque κατ᾽ ουσιαν, neque κατα δυναμιν *possibilia sunt*, videntur interdum *possibilia* κατα φαντασιαν, aut κατα δοξαν, scilicet concipi vel credi possunt a vulgo uti possibilia. Haec autem reiicit Epicureus Philosophus, atque his de Deorum in phaenomenis naturalibus actione adcenset vulgares opiniones. Habuit enim prae oculis illud Magistri sui: μητε λειτουργουντος τινος νομιζειν δει γινεσθαι, και διατατ-τοντος, η διαταξαντος, και ἁμα την πασαν μακαριοτητα εχοντος μετ᾽ αφθαρσιας· ου γαρ συμφωνουσι πραγματειαι, και φροντιδες, και οργαι, και χαριτες μακαριοτητι, αλλ᾽ ασθενεια, και φοβω, και προσδεησει των πλησιον ταυτα γινεται. *Neque ministerio cuiusquam (Dei) facta existimandum est, neque ullius ordinatione, et imperio, qui omnem simul beatitudinem, et immortalitatem habeat: neque enim beatitati conveniunt negotia, et curae, et irae, et gratiae, sed ob infirmitatem, ac timorem, et indigentiam proximorum ista fiunt.* Laërt. L. X. segm. 76. et 77. Huiusmodi errorum confutationem perlege apud Lactantium *De Ira Dei* Cap. IV.

Lin. 4. et seq. Μεν οντως) Divisimus particulam μεν, exemplo in papyraceis voluminibus satis obvio, dictantis festinationi, et exscribentis inscitiae tribuendo. Quod si placeat unum adverbium ex duobus conficere, scilicet μενοντως *permanenter*, aut aliud litteris superstitibus, interstitio, et sensui magis adcommodatum tibi succurrat, candidus imperti. Certe quidem Epicurei, uti *omnino impossibilia* saepe traducebant, quae de Mundi origine communis Gentium consensus tenebat: eorum praecipue sententiam, qui per idololatriae figmenta humanas perturbationes Diis tribuebant, omnino adspernabantur. Ad quod videntur referenda ea, quae leguntur a Nostro scripta: προφερειν ταυτα, ὁτι ὁ αυτος λογος εφαρμοσει· εστι γαρ παντα φησει τις, ταυτα κακεινοις· αλλ᾽ ου ... *Proponere ista, quoniam eadem ratio congruet: sunt enim haec omnia, inquiet quispiam, et illis (Diis) communia: at non ...* Fragm. Tab. I. n. 2.

Lin. 8. et seqq. ψευδη εστι κ. λ.) Hariolando sequentia refinximus verba: verum hariolationi non solum residua elementa, sed Epicureorum etiam dogmata viam straverunt. Hi enim poëtarum fabulas, ipsamque poësim, utpote figmentorum inventricem, admodum contemnebant. Epicurus nimirum Poëticen repudiavit, ὡσπερ ολεθριον μυθων δελεαρ, *uti perniciosum fabularum inescamentum.* Heraclides Ponticus *Allegor. Homeric.* pag. 87. *edit. Ald.* Concinit Nostro alius Epicuri discipulus, scilicet Metrodorus apud Plutarchum, *Quod non potest etc.* p. 1087. 11. *Opp.* T. II. Addendus est Lucretius L. I. v. 103, et seqq. L. II. v. 645. et seqq. et L. V. v. 406. et seqq.

Lin. 14. et seqq. Ποιει δ᾽ ἡ Φυσιολογια κ. λ.) Lectio perdifficilis quidem, sed contextui peropportuna visa fuit. De Physiologia enim agebat Auctor, nec ignorabat illam Epicuri sententiam: και μην την ὑπερ των κυριωτατων αιτιαν εξακριβωσαι, φυσιολογιας ειναι δει νομιζειν, και το μακαριον εν τη περι των μετεωρων γνωσει ενταυθα πεπτωκεναι. *Porro et maxime principalium rerum caussas diligenter persequi, Physiologiae opus esse putandum; beatitudinemque in scientia de coelestibus rebus huc cecidisse.* Laërt. L. X. segm. 78. Illos autem, qui huiusmodi studiis non incubuerunt, facile decipi docuit paullo ante Noster his verbis: σημεια, και ὑπνοι, και κληδονες, η καλα, η αισχρα, η ὁτιδηποτε των τοιουτων σοφως ου συνορατα ὑπ᾽ εκεινων δια το μη κοινωνειν λογισμου, ἡλικου ἡμεις ... *signa, et somnia, et omina, vel laeta, vel infausta, vel quidquid est huiusmodi, sapienter non conspiciuntur ab illis; quia ratiocinandi arte non pollent, quantum nos ...* Fragm. Tab. II. n. 8.

Lin. 17. et seqq. πασαν ὑποψιαν) Fortasse eam praecipue suspicionem innuit, quae a somniis suboritur. Hac enim et vulgus, et Philosophi non pauci agitabantur. Vide *Hist. de l'Academie des Inscript.* T. XVIII. p. 124. in 12.

ΘΑΡΡΗϹΑϹΗϹΤ ΗϹΔΙΑ ΝΟΙ
ΑϹΕΚΠΑΝΤΩΝΤΩΝΑ ΤΙ
ΩΝΟϹΑΤΑΡΑΧΗΗΝΕΠΙΦΕ
ΡΕΙΚ ϹΚ ΙΠΑϹΗϹΑ
ΓΝΟΙ ΕΚΑΙΑΠΑΤΗϹ
ΑΙΨΕΥΔΟΔΟΞΙ ΠΟΛΥ
ΗϹΟΠΕ ΗΝ ΘΕ
ΤΟΥΒΙΟΥΟΙ ΛΟΙΛΟ
ΝΤΕϹΟ Τ ΡΙΤΩΝ
ϹΠΕ
ΟΝ
ΒΑ

Φ ΘΑΙΠΟΙΟΥϹΙΝΤ
Δ ΘΕΙΑϹΚΑΙΤΗϹΠΡΟ
ΤΑΑΥΤΩΝΠΑ ΥϹΥΜΦΩ
ΝΙΑϹΜΗΦΡΟΝ ΖΟΝΤΕϹ
ΠΑΡΑΤΟΔΟΚΟΥΝΑΥΤΟΙϹ
ΕΝΕΚΑΤΩΝΠΛΗϹΙΟΝΕΙ
ΡΩΝΕΥΟΝΤΑΙΑΛΛΑΠΑΡ

COL. VII

Gio. B.a Malesci dis. Carlo Orati inc.

COLUMNA VII.

θαῤῥησασης της διανοιας εκ παντων των αιτιων, ὁσα ταραχην επιφερει· καθως και πασης αγνοιας τε, και απατης, και ψευδοδοξιας απολυθεισης, ὁπερ ην ελευθερου του βιου. Ὁι δ' αλλοι λογιζοντες ουτε περι των αιτιων παντων, ουτε περι . . . .

. . . .

. . . .

. . . . . ταραχην επιφερεσθαι ποιουσιν· της δ' αληθειας, και της προς τα αυτων ἁπλου συμφωνιας μη φροντιζοντες παρα το δοκουν αυτοις ἑνεκα των πλησιον ειρωνευωνται, αλλα παρ-

quum confidat animus ob perspectas caussas universas, quae perturbationem adferunt; uti etiam omni tum ignoratione, tum errore, tum falsa opinione liberatur; quod ad liberam vitam pertinebat. ¶ Alii vero quum neque animadvertant ad caussas omnes, neque. . . . .

CAP. IV.

Qui hac scientia carent, in mala incidunt.

. . . .

. . . .

perturbationem sibi inferri faciunt. Veritatis autem, et perfectae suarum actionum consensionis curam non gerentes contra suam opinionem ob circumstantes homines simulate loquuntur, sed

Lin. 4. et seqq. *καθως και πασης κ. λ.*). Haec eadem promittit Epicurus iis, quos suam Disciplinam sectantes vulgi erroribus non decipi praedicat. Ipsum vadem damus apud Laërt. L. X. segm. 78. et seqq.

Lin. 7. ὅπερ ην ελευθερου του βιου). Adiectivum non ex ingenio, sed ex verbis in praecedenti pagella extantibus suo loco reposuimus, siquidem ελευθερον τον βιον ibi commemoravit. Porro Stoici aiebant: μονος ὁ σοφος ελευθερος, και πας αφρων δουλος, *solus sapiens liber, et omnis stultus servus.* Id habes, ut Zenonis effatum, apud Laërtium Lib. VII. segm. 121. Habes etiam in Epicteto Dissert. IV. Cap. 1. Graecis adcensendi sunt Latini, inter quos eminet Cicero *Paradox.* V., Cato, qui se Uticae interempturus de hoc Paradoxo fortiter disseruit, apud Plutarchum, in *Vita*, T. I. *Opp.* pag. 792. et Seneca Epist. LI. et LXV. Quam quidem sententiam comprobat Augustinus *De Civitate Dei* Lib. IV. cap. 3. At vero Stoici *liberam Sapientis vitam* in eo ponebant, ut cupiditatibus non serviret: Epicurus autem *libertatem* in eo constituit, ut per Physiologiam vano metu liberetur. Ουκ ην τον φοβουμενον ὑπερ των κυριωτατων λυειν μη κατειδοτα τις ἡ του Συμπαντος φυσις, αλλ' ὑποπτευομενον τι των κατα τους μυθους, ὥστε ουκ ην ανευ Φυσιολογιας ακεραιας τας ἡδονας απολαμβανειν. *Fieri non potest, ut de praecipuis metuens exsolvatur, si Universi naturam ignoret; sed secundum fabulas aliquid suspicetur: ita ut non liceat sine Physiologia sinceras percipere voluptates.* Laërt. L. X. segm. 143. Hunc prae ceteris, ubi de αταραξια agitur, locum selegimus explicando Polystrati sermoni opportuniorem; ex quo videas, quid sit in huius mente *libera vita*, quam Magister μακαριον βιον adpellat ad Pythoclem scribens, segm. 84.

Lin. 8. et seqq. Οἱ δ' αλλοι κ. λ.) Ut sensum, lacuna licet abruptum, integrum adsequaris; recogites, oportet, quid senserint Epicurei de *aliis*, qui vulgaribus opinionibus obnoxii rerum naturam *non considerant.* Hi enim sibi ταραχην επιφερεσθαι ποιουσιν, uti ex praeeuntibus verbis inferioris fragmenti initium supplevimus. Incipit enim heic Polystratus eos redarguere, qui caussis phaenomenorum minime perspectis, et ignorantia, erroribus, falsisque opinionibus laborantes, Diis phaenomena accepta referunt, et propterea in varias se abripi perturbationes patiuntur. Ipsi enim, ut aiebat, αγνοουσιν εν ποιοις ουκ εστιν ταραχθηναι .... Εκεινο δει κατανοειν, ὁτι ταραχος ὁ κυριωτατος ταις ανθρωπιναις ψυχαις γινεται εν τῳ ταυτα μακαρια τε δοξαζειν, και αφθαρτα, και ὑπεναντιας εχειν τουτοις βουλησεις ἁμα, και πραξεις, και αιτιας. *Ignorant, in quibus perturbari non oporteat .... Illud recogitandum est, perturbationem humanis animis maxime principalem fieri ex eo quod haec et beata, et incorruptibilia opinentur, et contrarias his voluntates, et simul actiones, et caussas habeant.* Laërt. L. X. segm. 80. et seq.

Lin. 17. ἁπλου). Initialis dormitanti excidit librario: nullum enim aliud verbum sequentia effingunt elementa. Ἁπλους autem συμφωνια est *vera*, seu potius *perfecta consensio:* quo sensu ἁπλουν adhibuit Plato in *Phaedro* apud Budaeum. Poterit etiam intelligi *ingenua, sincera, non fucata consensio:* qua significatione Isocrates dicit ἁπλουν τον λογον *Paneg.* p. 46. et ἁπλους cum δικαιῳ coniungitur apud Demosthenem *Contra Androtionem* p. 594. *Lipsiae* 1770. et apud Xenophontem *Cyropaed.* L. III. p. 68. *Paris.* 1625. Porro huiusmodi consensionem in philosopho nuper p. 7. requisierat, ne inventa veritate parum sibi constaret. Adde verba Polystrati, quae sic supplemus, et interpretamur: τα των Φυσιολογων συμφωνουντα εὑρησεται· αλλ' εκει τοις τυχουσιν περιπειπτοντα διαφερει ... *Quae ad physiologos pertinent, consentientia invenientur; sed heic aliis obviis hominibus adcidentia differunt,* seu *diversas producunt adfectiones.* Fragm. Tab. I. num. 2.

Lin. 20. et seq. ειρωνευωνται). Invidit fortasse nobis lacuna satis ampla particulam, quae verbum ad *modum coniunctivum* inflexerat, atque adeo Orthographum ad litteram emendandam coëgerat. Nos quidem ad mutili sermonis perspicuitatem *indicative* vocem vertimus. Ceterum in verbis Polystrati: παρα το δοκουν αυτοις ἑνεκα των πλησιον ειρωνευονται, habes ironiae verissimam notionem, eamque definitionibus a Tullio *De Oratore* L. II. c. 67., et Quintiliano *Inst.* L. IX. c. 1. et seq. probatis adprime consonam. Immo Quintilianus, dum triplicem detegendae ironiae rationem tradit L. VIII. c. 6., Polystrati sententiam confirmare videtur.

ΚΟΛΟΥΘΟ ΕΤΟ
ΙΦΙΛΟϹΟΦΙΑΧΡ ΥϹ
ΠΕΡΙΕΚΑϹΤΩΝΛΑ
Τ ΤΗϹ (ΤΟ)
ΦΙΛΟ ΦΙΑ ΕΡ
ΤΕ Τ
ΟΤΑϹΑ ΟΙϹ
ΕΙΔΕΜΑ ΝΤΟΛΕ
ΝΟΝΑ ΙϹΟΝΤ Ν
ΛΕΙΠ ΝΦ ϹΟ (ΛΟ)
ΝΛΕΓΕΤ

ΗΛ
ΕΙΝ Ε ΙΑ
ΔΕ ΤΩϹΟΙ
ϹΙ ΛΗΘΕΙΑΚΑΙΟΒΙΟϹ Υ
ΤΟϹΧΡΗΤΑΙ ΦΗΨΑΝΤΟ
ΗΔΗ ϹΝΑΥΤΑΙϹΤΑΙϹ
ΩΝΑΙϹΤΟΥϹΜΕΝΔΙΑϹΥΛ
ΟΓΙϹΜΩΝΚΑΙΑΞΙΩΜΑ
ΤΩΝΕΚΑϹΤ ΠΕΡΑΙΝΟΝ
ΟΙϹΟΥΔ ΥΤΟΙΕΠΚ

COL. VIII

Gio. B.ª Malesci dis. Carlo Oratj inc.

COLUMNA VIII.

ῤησιαι ακολουθοι γε τους τη φιλοσοφια χρωμενους περι ἑκαστων λαλειν ποιουσι, και τουτο της πασης φιλοσοφιας εργον εστιν· ὡστε . . . .

. . . .

. . . .

ὁτι μηδε τοις οὑτως ουσιν αληθεια, και ὁ βιος αυτος χρηται, εφηψαντο ηδη μονον αυταις ταις φωναις τους μεν δια συλλογισμων, και αξιωματων ἑκαστα περαινοντας, οἱς ουδ᾽ αυτοι Επι-

loquendi libertas, sibi utique con
sentanea, efficit, ut viri philosophia
utentes de singulis rebus loquan-
tur; atque hoc est omnis philo-
sophiae opus, itaut. . . . . . .

. . . .

. . . .

quoniam neque his, quae ita se
habent, veritas, et vita ipsa uti-
tur; adstrinxerunt iam solum ipsis
vocibus eos quidem, qui per syl-
logismos, et axiomata deducunt
singula, quae nec ipsi Epicuri

ADNOTATIONES.

Lin. 1. παρρησιαι ακολουθοι γε). Loquendi libertatem, non vero effraenem licentiam heic significat Polystratus ; uti Demosthenes τἀληθη μετα παρρησιας ερω προς ὑμας , και ουκ αποκρυψομαι· *vera libere vobis dicam, et non abscondam. Philipp.* II. p. 73. *Lipsiae* 1770. Pluralem , raro exemplo , adhibuit ; quia non una in re , non uno in loco , neque uno tempore loquendi libertate uti debet Philosophus. Dicuntur autem , nisi fallimur , παρρησιαι ακολουθοι γε , ne eo vitio laboret Philosophus , quod paullo ante notatum est ; ne scilicet firmitatis suae poenitens ad vanas vulgi opiniones redeat , vel modo has , modo veras in suis sermonibus profiteatur. Et re vera etiam hoc sensu ακολουθος adhibetur. Ita Hermogenes inquit : γινεται ἡ θεσις ακολουθος , *fit propositio consentanea ;* et Demosthenes τἀκολουθα τουτοις πραττειν , *consentanea his agere. Pro Coron.* pag. 312. *Lipsiae* 1770.

Lin. 4. et seq. τουτο της πασης κ. λ.). Ubi tam paucula elementa supersunt , aliunde petenda est supplementi ratio. Epicurus πασαν την ἑαυτου φιλοσοφιαν , *omnem suam philosophiam* tribus epistolis complexus est. Laërt. L. X. segm. 28. Plato autem in eo philosophiam veram collocabat , ut constanter et ingenue de rebus dissereret : το γαρ βεβαιον , και πιστον , και ὑγιες , τουτο εγω φημι ειναι την αληθινην φιλοσοφιαν. *Etenim constantiam, veracitatem , sanamque doctrinam , equidem veram esse philosophiam existimo.* Epist. X. *Opp.* T. III. p. 358. *Edit. Steph.* Placet etiam Maximi Tyrii sententiam addere : εξεταστεον δη τον φιλοσοφον ϰ σχηματι , ϰχ ἡλικιᾳ , . . . αλλα γνωμῃ , και λογῳ , και παρασκευῃ ψυχης , ὑφ᾽ ὡν μονων χειροτονειται φιλοσοφος . . . . . Νομιζε δη καν τοις των φιλοσοφων λογοις , το μεν καλον ουκ ειναι παντοδαπον , ουδε διαπεφορημενον , αλλ᾽ ἑν , και αυτο ἁυτῳ παραπλησιον. *Philosophus vero non habitu probandus est , non aetate . . . sed iudicio , sed sermone , sed animi instituto , a quibus solis dignitatis suae suffragia capit philosophus . . . . . . Idem existima de oratione philosophi, vim eius non variam , non diversam esse , sed unam eamdemque.* Dissert. VII. §. 10. p. 77. *Londini* 1740. Haec ob oculos habentes , verba , sensumque restituimus.

Lin. 9. et seqq. ὁτι μηδε κ. λ.). Satis incertum supplementum sensui admodum mutilo , adeoque obscuro adfinximus. Videtur enim Polystratus in praecedenti lacuna de iis vulgi opinionibus egisse, quae neque *veritati* consonant , neque *vitae usibus* adcommodantur. Quod si placeat αληθειᾳ *dativo casu*, et *adverbialiter* explicare, seu, ut latini dicunt, *re vera;* in lexicis satis obvia sunt exempla , in quibus hoc sensu τη αληθειᾳ , seu τω εργῳ opponitur τῳ λογῳ.

Lin. 11. et seqq. εφηψαντο ηδη κ. λ.). Id primum Epicurus discipulis commendabat , ut προς ἁπλα στοιχειωματων , και φωνας συνάγωνται . . . . τὰ ὑποτεταγμενα τοις φθογγοις δει ειληφεναι , ὁπως αν τα δοξαζομενα , η ζητουμενα , η απορουμενα εχωμεν εις ὁ αναγοντες επικρινειν , και μη . . . . κενους φθογγους εχωμεν. *Ad simplicia elementa , et voces avocarentur . . . . quae subiecta sunt vocibus oportet comprehendere , ut ea , quae opinamur , sive quaerimus , sive de quibus ambigimus , ad illas referentes diiudicare possimus , neque . . . . inanes voces habeamus.* Laërt. L. X. segm. 36. et seq. En itaque Polystrati mentem , qui Magistrum sequutus eos carpit , qui *solum vocibus* adversarios *adstringere* , seu *convincere* nituntur. Habes porro hoc sensu εφαπτομαι τινος , *aliquem tango* , apud Longum Sophistam L. I. c. 3. atque εφαπτομαι της αληθειας , των ζητηματων , *adsequor veritatem , quaestionem* , quorum exempla congerit Budaeus. Quod si cui non placeat verbum pro *genitivo* cum *accusativo casu* constructum legere , vel Librarium incuset , vel multiplicem Graecorum syntaxin memoret , vel εφαπτειν pro *accendere* usitatum , cum *accusativo* coniunctum , et a sensu fortasse heic non alienum substituat.

Lin. 13. et seqq. δια συλλογισμων , και αξιωματων κ. λ.). Quod Mathematicam , et Dialecticam Epicurus , eiusque sectatores parvipenderint , tam notum est , quam quod notissimum. Aulus Gellius Epicurum *imperfecte, praepostere, inscite syllogismo usum* testatur . . . *neque id ei negotium fuit syllogismum , tamquam in scholis philosophorum , cum numeris omnibus , et cum suis finibus dicere.* Lib. II. Cap. 8. Cicero pariter de Epicuro ait : *tollit definitiones , nihil de definiendo , ac partiendo docet ; non quomodo efficiatur , concludaturque ratio , tradit , non qua via captiosa solvantur , ambigua distinguantur , ostendit. De Fin.* Lib I. Cap. 22. Eadem habet L. II. , et alibi. *Quid Polyaenus, qui magnus Mathematicus fuisse dicitur? Is, postquam Epicuro adsentiens totam Geometriam esse falsam tradidit: num illa etiam* etc. *Academicorum* Lib. IV. n. 106. Nil igitur mirum , si Noster Epicuri discipulus *syllogismos, et axiomata, conclusionesque* per ea deductas heic improbare videatur. Ceterum mox (*not. ad lin.* 20.) habebis Magistri verba ad hunc locum explicandum opportuna.

ΟΥΧΡΩ ΤΑΙΟΥΔΑΚΟ
ΛΟΥΘΟΥCΙΝ ΤΟΥCΔΕΕΝΕ
ΚΑΤΗCΠΡΟCΤΟΝΠΛΗCΙΟΝ
ΛΕCΧΕΙΑCΗΑΠΑΤΗCΠΡΟC
ΕΑΥΤΟΙC
ΗΝΠΑΡΑΥΤΙΚΑΕΠΙΝΕΥ
ΚΑΙΨΥΧΑΓΩΓΙΑΝΤΩΝ
ΠΟΛΛΩ ΝΜΗΧΑΝΩΜΕΝΟΥC
ΠΑΝΤΟΔΑΠΗΝΤΙΝΑΛΛΑΙ
ΑΝΟΥΘΕΝΟΥΤΑΥΤΟΙCΟΥ
ΤΕΤ ΚΟ CΙΝΕΙCΕ
Ν ΝΚΑΙΤΟΒΕ
Υ ΕΙΝΑ

ΩΝ
ΑΙΡΟ
ΓΟΝΤΕCΚ
ΕΝΤΩΙΒΙΩΙ
Δ CΚΩ ΝCΥΜΦΩΝΩ
Φ CΗΜΩΝΑΥΤ
ΤΕΙ Ε ΕCΙΤΕΧΝΙΟ
ΧΩΡΑΝΑΝΕΤΤΟΥΤΩΝ
ΗΔΗΤΑΛΟΙΠΑΕΧΕΙΤΑΥ
Τ ΠΡΟCΗΜΑCΚΑΙ
Τ ΕΛΤΙΟΝΑΛΗΘΙΝΩC
ΖΗΝΕΞΩΝΑΠΟΛΥΟΜΕ
ΝΟΙΤΩΝΚΑΤΑΔΙΑΝΟΙΑΝ

COL. IX

Gio. B.ª Malesci dis. Carlo Oratj inc.

COLUMNA IX.

κουρου χρωνται, ουδ' ακολουθουσιν. Τους δε, ἑνεκα της προς τον πλησιον λεσχειας, η απατης προς την ἑαυτοις παραυτικα επινευσιν, και ψυχαγωγιαν των πολλων, μηχανωμενους παντοδαπην τινα λαλιαν, ουθεν ουτ' αυτοις, ουτε τοις ακουουσιν εις θεσιν ποιειν, και το βελτιον τουτοις ειναι νομιζουσιν σιγαν . . . .

. . . .

. . . ουθεν εν τῳ βιῳ διδασκων, η συμφωνων. Ἡ γαρ φυσις ἡμων αυτων κρατει τελεσι τεχνιοις· ουδε χωραν ανευ τουτων ηδη τα λοιπα εχει· ταυτα δε ου προς ἡμας, και το βελτιον αληθινως ζῃν, εξ ὡν απολυομενοι, των κατα διανοιαν

discipuli adhibent, neque sequuntur. Eos autem, qui ut cum adstantibus confabulentur, vel *eos* decipiant ad multorum adsensum, et gratiam sibi protinus conciliandam, omnigenam quamdam loquacitatem adfectant, nihil ad rem sive sibi ipsis, sive auditoribus facere, et melius his esse, quod taceant, censent. . . . .

. . . .

. . . . ¶nihil in vita docens, aut consentiens. Nam natura nos ipsos superat artificiosis finibus suis; nec unquam locum sine his habent cetera; haec autem ad nos, et ad vitam vere beatam agendam non pertinent, ex quibus liberati, ab animi

CAP. V.

Tranquillitatem naturam consulentes obtinent.

Lin. 1. χρωνται). Supplenda vox μαθηται, *discipuli*, quam vel per ελλειψιν Auctor, vel ex incuria Librarius omisit. Potest etiam intelligi verbum ὑιοι, *filii;* quod in huiusmodi loquutionibus passim deest; uti quum dicitur ὁ του Φιλιππου, *Philippi filius.* Certe quidem Epicurus Discipulos suos adeo filiorum loco dilexit, ut heredes etiam instituerit. Laërt. segm. 16.

Lin. 4. λεσχειας). Nova haec vox ex generali αναλογιᾳ facile derivatur απο της λεσχης. Utramque *confabulationem* vertere fas est: tametsi λεσχεια *productam, longioremque confabulationem* indicasse videatur, ut in nomine derivato maiorem inveniamus vim, quam in simplici. Ceterum Librarius, nostra quidem sententia, tres litterulas sibi excidere passus est; scribere enim debuisset αδολεσχειαν, *nugacitatem.* Heic porro diphthongum pro simplici ι, uti saepe factum alibi monuimus, adhibuisset. Nimirum *nugationem* in Sophistis, quibus et Noster, utpote Epicureus, infensus erat, carpit Isocrates: και νομιζουσιν αδολεσχειαν, και μακρολογιαν, αλλ' ου της ψυχης επιμελειαν ειναι τας διατριβας τας τοιαυτας. *Et existimant nugationem, et garrulitatem, non vero animi eruditionem esse eius generis disputationes. Contra Sophist.* p. 694. *Basil.* 1587. Parmenidis etiam monitum illud nostram fortasse opinionem obfirmabit: ἑλκυσον σαυτον, και γυμνασον μαλλον δια της δοκουσης αχρηστου ειναι, και καλουμενης ὑπο των πολλων αδολεσχιας, *retrahe teipsum, et exue potius eam, quae videtur inutilis esse, et vocatur a multis nugatio.* C. XIX.

Lin. 5. et seq. επινευσιν). Addidit veteribus lexicis hoc nomen *Nova Thesauri L. G. editio.* Apud Atheneum ἡ της κεφαλης επινευσις, *capitis nutus*, ad res ab aliis dictas comprobandas memoratur: quod nostrae explicationi satis congruit.

Lin. 9. et seqq. ουτε τοις ακουουσιν κ. λ.). Divinando potius, quam legendo mutilam conclusimus periodum. Etenim ad eos, qui verba congerunt, et loquacitate adstantes opprimunt, nihil ad propositum confirmandum proferentes, nulla sapientior responsio, quam silentium. Quod autem haec fuerit multorum philosophorum sententia, explorata res est. Plutarchus ait: σοφον ευκαιρος σιγη, και παντος λογου κρειττον. *Tempestivum silentium res est sapiens, et quovis sermone utilior. De Lib. educ. Opp.* T. II. p. 10. Euripides quoque cecinerat apud eumdem: ἡ σιωπη τοις σοφοις αποκρισις εστιν, *silentium sapientibus responsio est. De Vit. Pud.* p. 532. Vide Tiedemann *Historia de Silentio.* Ioann. Fried. Schneider *Disput. De Philosophia Silentii. Halae* 1717. In lacuna Polystratus aliquem ex hisce nugatoribus carpit, qui nihil utile in verborum ambagibus *docebat, neque sibi constabat*, uti ex sequentibus liquido eruimus.

Lin. 18. et seqq. Ἡ γαρ φυσις κ. λ.). Naturam in suis finibus artificiosam, et ad hos adsequendos praepotentem passim praedicarunt Philosophi. Epicuri epistolas sat erit perlegere, praesertim segm. 75. 80. 113.

Lin. 22. ου προς ἡμας κ. λ.) Audi hac de re Polystrati Magistrum: ου γαρ κατα αξιωματα καινα, και νομοθεσιας φυσιολογητεον . . . ου γαρ ιδιολογιας, και κενης δοξης ὁ βιος ἡμων χρηται, αλλα του ακριβως ἡμας ζῃν. *Non enim secundum nova proloquia, legumque sanctiones de natura disserendum . . . non enim vita nostra novis notionibus, et gloriae vanitate opus habet, sed solum securitate vivendi.* Laërt. L. X. segm. 86.

ΠΑΘ ΔΙΑΝΚΑΙ
ΔΙΑΓΩΓΗΝΑΛΥΠΟΝΚΑΙ
ΟΙΚΕΙΑΝΕΡΧΟΜΕΘΑΟΓΙΝΕ
ΑΙΜΟΝΩϹΕΚΤΗϹΟΡΘΗϹ
ΩϹΠΕΡΕΥΡΗΤΑΙΦΥϹΙΟΛΟ
ΓΙΑϹϹ Ο ΗϹΑΝΤΩΝΤΗΝ
ΤΩΝ ΦΥϹΙΝΩϹ
Ε ΕΙΚΑ ΝΤΑΥΤΕΙ
Λ ΝΑ ΝΤΩΝΟΙΙ ΕΙ
ΤΕΚΑ ΛΛ ΩΝΠΑΡΑ
ΟΛΟ ΘΗϹΑΝΤΩΝΚΑΙΠΟΙ
ΟΥΦΥϹΙΚ

ΑΤΕ
Η ΦΩΝ
ΠΑΡΑ ΠΛ
ΩΝΤΑΙΚΑΙϹΠΟ
ΙΡΑΞΕΙϹΠΟΛ ΑΙ
ΥΝΤΕΛΕΙϹΚΑΙ
ΙϹΕΠΑΝΩΕΙΡΗΜΕΝΟΙϹ
ΠΟΛΛΑΘΡΑϹΥΝΟΜΕΝΩΝ
Η ΩΝΩϹΠΑΛΙΝΔΕΙϹΙ ΑΙ
Ν ΤΩΝΤΩΝΑ
ΘΡΩΠΩΝΚΑΙΕΝΑΛΛΟΙϹ
ΤΩΝΚΑΤΑΤΟΝΒΙΟΝΠΡΑΤ

COL. X

Gio. Bª. Malesci dis. Carlo Oratj inc.

COLUMNA X.

παθων εις παιδιαν, καὶ διαγωγην αλυπον, καί οικειαν ερχομεθα· ὁ γινεται μονως εκ της ορθης, ὥσπερ ἑυρηται, Φυσιολογιας σκοπησαντων την των παντων Φυσιν, ὡς εχει, καὶ ειχεν ταυτ', ει δυναται, οντων οικειων τε, και αλλοτριων παρακολουθησαντων, και ποιηθεντων, ου Φυσικων μονον, αλλα και ηθικων

. . . .

. . . .

. . . . . . παρα τῶν ἁπλων, αφ' ὧν γινονται και σπουδαιαι πραξεις πολλαι, αλλ' ασυντελεις, και τῶν εν τοις επανω ειρημενοις πολλα θρασυνομενων, η των ὡς παλιν δεισιδαιμονουντων των ανθρωπων, και εν αλλαις των κατα τον βιον πρατ-

in lusum, et oblectamentum iucundum, propriumque transimus: quod fit tantummodo a recta, quemadmodum inventa est, Physiologia eorum, qui omnium rerum naturam investigaverunt; quomodo *scilicet* se habeant, et habebant hae, si tamen *id* fieri potest; quum sint tum nobis propria, tum etiam aliena, quae consequuntur, et efficiuntur, non naturalia solum, sed etiam moralia . . . .

. . . .

. . . .

a simplicibus hominibus, a quibus fiunt etiam honestae actiones multae, sed imperfectae; atque ab iis, quos supra diximus multa gloriose loqui, aut ab iis, qui quasi rursum ad superstitiones redeunt, atque in aliis actionibus, quae per vitam geruntur,

Lin. 3. et seqq. ὁ γινεται κ. λ.). Sensus facile intelligetur ex sollemni illa Epicuri promissione: ὁθεν δη πασι χρησιμης ουσης τοις οικειουμενοις Φυσιολογιᾳ της τοιαυτης ὁδου, παρεγγυωντων συνεχες ενεργημα εν Φυσιολογιᾳ, και των μαλιστα τουτῳ εγγαληνιζοντων τῳ βιῳ, ποιησασθαι δει και τοιαυτην τινα επιτομην. *Quare quum omnibus, qui Physiologiae operam navarunt, utilis futurus sit eiusmodi tractatus, commendantibus continuum opus in Physiologia, etiam iis, qui per hoc vitam tranquillam agunt, facienda mihi est huiusmodi quaedam epitome.* Laërt. L. X. segm. 37. Adde *Ratas Sentent.* segm. 142. Heic etiam vides, lector, significationem vocis οικειου, quia Physiologia *propriam* reddebat oblectationem; siquidem οικειωθηναι φιλοσοφιᾳ habes in M. Antonino. Των εις ἑαυτον. L. I. sect. 3. Consule etiam Sextum Empiricum, apud quem ex Epicuri doctrina illud dicitur: ενεργεια λογοις, και διαλογισμοις τον ευδαιμονα βιον περιποιειν: *impensum studium sermonibus, et ratiocinationibus felicem praestare vitam. Contra Math.* L. XI. p. 720. *Lipsiae* 1718.

Lin. 7. των παντων φυσιν). Omnibus pene philosophis propositum fuit, ut omnium rerum naturam investigarent; propterea το παντων supplevimus. Plato quidem *multas*, non *omnes res* ab eis noscendas duxit; philosophi enim propriam πολυμαθειαν existimavit. *Amat. Opp.* T. I. p. 133. *edit. Steph.* sed tamen paullo post philosophum ad maximam perventurum gloriam dixit, ει δοκοιη των τεχνων εμπειρος ειναι πασων, *si videatur scientiis omnibus praeditus.* p. 135. Aristoteles porro ait: Εστι του φιλοσοφου περι παντων δυνασθαι θεωρειν, *est philosophi omnia posse investigare. Metaphysicor.* Lib. IV. Cap. 2. pag. 303. T. IV. *Opp. Paris.* 1639.

Lin. 7. et seq. ὡς εχει, και ειχεν κ.λ.). Quod id fuerit propositum Epicureis, ex pluribus Lucretii locis facile colligitur. Lib. I. 51. et seqq.

Unde omnes natura creet res, auctet, alatque,
Quove eadem rursum natura perempta resolvat.
.... *Confringere ut arcta*
Naturae primus portarum claustra cupiret....
Atque Omne immensum peragravit mente animoque,
Unde refert nobis victor quid possit oriri,
Quid nequeat, etc.

Quare philosopho inculcat, Lib. III. 1085.,

Naturam primum studeat cognoscere rerum.

Immo etiam hoc sibi statuit tractandum Lib. V. 526,

..... *Quid possit, fiatque per Omne*
In variis mundis varia ratione creatis,
Id doceo, pluresque sequor disponere causas.

Lin. 12. et seq. ου φυσικων μονον, αλλα και ηθικων). Ita supplevimus memores illius sententiae, quam Sextus Empiricus tradidit: Αρχελαος ὁ Αθηναιος το φυσικον, και ηθικον, μεθ' οὑ τινες και τον Επικουρον ταττουσιν, ὡς και την λογικην θεωριαν εκβαλοντα. *Archelaus Atheniensis physicam, atque ethicam*, philosophiae partes existimavit; *cum quo nonnulli et Epicurum ponunt, ut pote qui Logicam contemplationem repudiarit. Contra Mathem.* L. VII. p. 373. *Lipsiae* 1718. Laërtius etiam de Epicuro, eiusque secta agens haec duo coniungit: το φυσικον, την περι φυσεως θεωριαν πασαν.....το δε ηθικον, τα περι αἱρεσεως, και φυγης. *Physicam* scribit, *scilicet naturae totam speculationem.....ethicam vero, de electione, et fuga tractatum.* L. X. segm. 30. Huc igitur redit Discipuli sermo.

Lin. 16. των ἁπλων). Vertimus *simplicibus*, ut ambigua maneat sententia, qualis est in textu; siquidem tam graece ἁπλους, quam latine *simplex* modo in bonam, modo in malam partem adcipitur. Quod ad me, heic interpretor vocem pro *stulto;* inquit enim Isocrates: ἁπλους δε ἡγουνται τους νουν ουκ εχοντας. *Ad Nicoclem*, pag. 48. *Basileae* 1553. Vide etiam Aristotelem. *Meteor.* Lib. I. Hi autem interdum *multas actiones honestas* quidem, *sed imperfectas faciunt*, quia candore animi praediti esse solent, sed sapientia carent.

Lin. 20. επανω ειρημενοις). Vide superius pag. 5. et seq.

Lin. 22. et seq. ὡς παλιν δεισιδαιμονουντων). Vide supra *ibid.*

ΤΟΜΕΝΩΝ ΟΛΛ Ι
ΠΑΝΤΟΔΑΠΙ ΜΑΡ
ΝΟΝΤΩΝΟΥΔΕΙΣΤΟΥ
ΥΠΟΛΑΒΟΥΣΙΝΤΙΧΑΛΗ
ΔΟΝ ΣΕΧΟΜΕΝΟΙΗΜΕΙ
Δ Τ ΣΕΥΘΥΣ ΛΑΡΤΥΡΗ
ΣΟΝ ΝΟΤΙΡΑΟΝ
ΤΟΜΕΝΟΙΣΠΡΟΤΕΡΟΝ
Ζ ΜΕΘΑ ΑΛΛΕΙΣΑΛΛ
Μ ΛΛΟΝΤΑΣΔΡΙΜΥ
ΤΑ ΕΖΗΤΟΥΝΚΑΤΑΤ
ΤΑΣΥ ΤΟΤ

ΤΙ
ΜΕ
ΡΟΥΣΙ
ΣΤΙΝΤΩΝ
ΒΙΩΙΔΙ
ΟΙΣΕΝΕΧΟΜΕΝ
ΧΗΝΚΑΚΟ
ΜΟΥΚΑΘΑΠΕΡΛΕ
ΤΩΝΨΕΥΔΩΝ ΞΩ
ΚΑΙΤΗΣΤΟΥΤΩΝ ΒΟΛ
ΑΦΗ ΟΧΕΙΜΩΝ ΝΤΩ
Β Ω ΗΝΣΠΟΥΔΗΝΑΛ
ΘΙΝΩΣΚΑΤΑΤΙΘΕΜΕΝΟ
ΟΙΔΕΚΑΙΕΓΧΕΙΡΗ ΑΝΤΕΣ

COL. XI

Gio. B.a Malesci dis. Carlo Oratj inc

COLUMNA XI.

τομενων πολλαις, και παντοδαπαις ἁμαρτανοντων, ουδεις τουτων ὑπολαβουσιν τι κληδονος εχομενοι· ἡμεις δε τοις ευθυς μαρτυρησομεν ὅ, τι ῥᾷον ταραττομενοις προτερον αν εδυναμεθα. Αλλ' εις αλλους μαλλον τας δριμυτητας εζητουν καταταττειν δια τας ὑπο των . . .

. . . .

. . . .

. . . τι εστιν των χειμωνων εν τω βιω δια το εχειν τοις φοβοις ενεχομενους ταραχην κακου λο . . μου, καθαπερ λεξ των ψευδων δοξων, και της τουτων εμβολης, αφ' ἡς ὁ χειμων εν τω βιω την σπουδην αληθινως κατατιθεμενο .

Οἱ δε και εγχειρησαντες

multis, atque omnigenis errant, nemo horum autumabit aliquid famae se habiturum: nos autem ipsis protinus testabimur, quidquid eis facilius perturbatis prius testari utique poteramus. ¶ At in alios potius reprehensiones adhibere quaerebant propter. . . . . CAP. VI. Quinam praecipue reprehendendi sint.

. . . .

. . . .

aliqua est procella in vita, quia timoribus obnoxii habent perturbationem ex prava ratiocinatione ortam, uti ex delectu falsarum opinionum, earumque impressione, a qua oritur animi procella anxietatem in vita vere constituens. Alii vero adgressi

Lin. 1. et seq. πολλαις, και παντοδαπαις). Ad quod nomen *substantivum* referenda sint haec *adiectiva*, uti et αλλαις modo lectum, non satis liquet. Fortasse Amanuensis incuria omissum putas. At equidem reor id consulto, et eleganter ab Auctore factum; qui vocem πραξεσι nuper expressam iterare noluit, tum quia satis intelligitur, tum quia verbis πραττομενων πραξεσι ingratissimam κακοφωνιαν edidisset.

Lin. 4. et seq. τι κληδονος). Tametsi alibi κληδονα, *omen*, vertimus, quod contextus imperabat; tamen heic opportunius *gloriam*, seu *famam* intelligimus. Verumtamen utraque significatio et exemplis frequentissimis nititur, et Polystrati sensum non laedit; quum de illa *gloria* agatur, quam nonnulli a captandis, et tuendis *ominibus* quaerebant. Enimvero maximam se merituros gloriam nonnulli sperabant, si omina rite interpretarentur. Inter philosophos enim non modo Aristoteles in *Testament.* apud Laërtium Lib. V. segm. 11. et seqq. sed etiam omnes *Pythagorei non solum voces Deorum observant, sed etiam hominum, quae vocant omina, quae maiores nostri, quia valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum, felix, fortunatumque sit, praefabantur, etc.* Cicero, *De Divinat.* Lib. I. num. 45. De viris insignibus, qui in eruendis auguriis, auspiciis, et ominibus gloriam et philosophiam suam conlocabant, vide Valerium Maximum Lib. I. Cap. I. Immo quot homines hisce signis interpretandis insudarint, disces a Theophrasto *Character.* C. XVI. *De Superstit.*

Lin. 7. et seqq. ὁτι ῥαον κ. λ.). Verbum ταραττομενοις supplevimus tum ex contextu, tum quia novimus, veteres *terreri evidentibus portentis somniorum, et auspiciorum, et ominum*, ut ait Suetonius, *Vit. Neronis*, Cap. XLVI. n. 1. Est itaque sensus, Epicureos hominibus, qui *gloriam* per superstitiosam signorum interpretationem venabantur, *obiicere*, quod quum huiusmodi vulgari opinione tenerentur, *facilius turbarentur*; idipsum scilicet *repetere poterant*, quod *prius* in eos *dixere.*

Lin. 10. et seqq. τας δριμυτητας κ. λ.). Δριμυτητας heic interpretamur eas *reprehensiones*, quae cum quodam acumine, et acrimonia consociantur, cuiusmodi sunt σκωμματα. Ita Lucianus δριμυτητα Αττικην των σκωμματων, dicit, *acumen, quo utuntur Attici in scommatibus. Prometh.* Cap. II. huiusmodi autem reprehensiones acres et vehementes Epicurei, uti heic innuere videtur Polystratus, in alios potius, quam in homines nuper memoratos *adhibere quaerebant*; scilicet in eos, qui philosophicis etiam argumentis superstitiones acerrime tutabantur. Hi enim, uti mox legemus, perpetuas sibi *tempestates* in vita constituebant, dum *timoribus perculsi*, et *falsis ratiocinationibus, opinionibusque implicati*, nihil aliud quam perturbationem sibi comparabant.

Lin. 15. et seqq. τι εστιν των χειμωνων κ. λ.). Quod suppletum vides, sequentia verba satis comprobant. Certe quidem χειμων mox sumitur, uti et heic accepimus, metaphorico sensu: neque desunt exempla Graecorum Scriptorum, qui dicunt χειμωνα πολεως, χειμωνα παθων, *tempestatem civitatis, tempestatem adfectuum etc.* quae vide in Lexicis. Neque heic mireris *pluralem numerum* pro *singulari* scriptum; nam et illum sensus quaerebat, et Menander adhibuit. *Fragment.* pag. 70. *Amstaelod.* 1709. et Latini *tempestates*, et *procellas* passim dixere *perturbationes animi, molestias, aerumnas.*

Lin. 19. λεξεως). Nova quidem significatio huius vocis: sed quis vetat ipsam Lexicis adiicere? Quum enim λεγειν, tum *dicere*, tum *deligere*, saepissime vertatur; non est cur λεξις, *dictio*, verti possit, et non item *delectus.* Hanc sententiam potius amplectamur, quam vertamus *dictionem falsarum opinionum*; quod sensus nitorem, et simplicitatem non servat.

ΤΙΠΕΡΙΤ ΥΤΩΝΛΕΓ Ν
ΑΧΡΙΤΗΣ ΡΟ ΝΠΑΝ
ΣΙ ΔΕΞ ΟΥΧΕΣ
ΗΦ Ι
Τ ΤΟΥΣ Ι
ΦΥ Τ ΩΣΑΥΤ
ΠΡΟΕΙΡΗΜΕΝΟΙΚΑΙΗΤΩΝ
ΑΠΑΘΕΙΣΚΑΙΚΥΝΙΚΟΥ
ΑΥΤΟΥΣΠΡΟΣΑΓΟΡΕΥΣΑΝ
Τ ΝΑΙΡ Ι ΚΑΙΤΑΛΕ
ΓΟΜΕΝΑΚΑΙΠΡΑΤΤΟΜΕ
ΝΑ ΠΑΥΤ ΝΚΑΙ Ν

ΟΥΤΕ
Ω ΝΤΟΝΨΟ
ΘΕΝ ΣΚΟΝΤΩΝ
ΠΕΙ ΟΥΜΕ
ΑΙ ΚΑΙΤΑ
Ο ΤΟΥΤΟΥΣΩΝΦΑΣ
ΣΕΝΦΥΣΕΙΣ ΝΟΜΩΓΕ
ΣΤ ΝΥΠΑ Ο
ΑΙΤΑΥΤΑΠ ΣΙΝΤΑΑ ΤΑ
ΕΣΤΙΝΑΛΛΑΛΛΟΙΣΑΛΛΑ Υ
ΘΕΝΓΑΡΤΟΥΤΩΝΕΙΝΑΙ
ΚΑΤΑΛΗΘΕΙΑΝ ΔΕΙΝΓΑΡ

COL. XII

Gio. B.ª Malesci dis. Carlo Oratj inc.

COLUMNA XII.

τι περι τουτων λεγειν αχρι της προς των πλησιον δοξοσοφιας, ουχ ἑπονται τῃ Φυσιολογιᾳ, και τουτους απαταν ι- Φυονται, ὡς αυτοι . . . προειρημενοι, και ἡ των απαθεις, και Κυνικους ἀυτους προσαγορευσαντων Αἱρεσις· και τα λεγομενα, και πραττομενα ὑπ' αυτων, και ὁμοιων

. . . .

. . . .

ἱνα μη εχωσιν αν τον ψογον ουθεν Φασκοντων, λαλουσι περι του μενειν κ . λα, και αισχρα, και τα προς τουτους, ὡν Φασκειν Φυσεις ανομογενεις των ὑπ' αυτων, ὁτι ου και ταυτα πασιν τα αυτα εστιν, αλλ' αλλοις αλλα· ουθεν γαρ τουτων ειναι κατ' αληθειαν· δειν γαρ,

aliquid de his dicere, quousque opinionem sapientiae apud adstantes adquirant, non sequuntur Physiologiam, et hos decipere adoriuntur; uti faciunt ipsi homines modo memorati, et Secta eorum, qui se ipsos imperturbatos, et Cynicos adpellant; quaeque dicuntur, et fiunt ab ipsis, et a similibus hominibus . . . . . .

. . . .

. . . .

CAP. VII.

Quid censeant nonnulli de honestate, et turpitudine.

¶ ne habeant vituperationem, qua notantur homines nihil dicentes, loquuntur de hoc, quod honesta, et turpia permaneant; et haec dicunt contra eos, qui admittunt naturas minime homogeneas rerum sub se positarum, quia non sunt hae omnibus eaedem, sed aliis aliae; nulla enim harum est secundum veritatem; oporteret enim,

Lin. 3. δοξοσοφιας κ. λ.). Sensum aegre expiscari licuit: sed quae pag. 19. et seq. tradidit Polystratus, facem in hisce tenebris praetulerunt: ibi enim de iis agitur, qui auditorum laudem, et oblectationem venabantur. Redit itaque ad idem; et Sophistas innuit, qui de qualibet quaestione ex tempore disputare nitebantur, ut sapientiae opinionem sibi penes vulgus conciliarent. Habet id Lucianus in *Pseudosophista* T. I. p. 728. et seqq. *Amst.* 1687. et in *Lexiphane ibid.* p. 838. Vide etiam Plutarchum *De Sui Laud.* p. 543. T. II. *Opp.* et Sextum Empiricum *Advers. Rhetor.* pag. 292. *Lipsiae* 1718. Quare heic legimus δοξοσοφιαν, quam in ipsis, quos cum vulgo confundit, notat Plato: των αρετων δ' αρ' ου σοφιας περι το πληθος παντως αντεχομενον, μεστον εριδων, και δοξοσοφιας, και ψευδους; *Vulgus igitur, dum virtutem, et sapientiam sibi omnino vindicat, nonne et contentionibus, et falsa sapientiae persuasione, ac proinde mendacio refertum est? Phileb.* pag. 48. et seq. T. II. *Ed. Steph.* Ea vero, quae adiunximus, praeter Scriptores modo recensitos, habes etiam in Philostrato, *De Vit. Apollonii Tyan.* Lib. VII. pag. 341, et *De Vit. Sophist.* Lib. I. pag. 486, 489, 495. *Paris.* 1608.

Lin. 8. απαθεις, και Κυνικους). Rite haec duo coniunxit Polystratus, ut argumentum suum obfirmaret: *Cynicos* enim, et *attonitos* Lucianus, uti verba idem sonantia, copulat, quum inquit: ὡς εκπληκτον ειναι, και Κυνικον ατεχνως, *uti attonitus aliquis, et Cynicus plane sit. Hermotimus* C. XVIII. et alibi Cynicis παντα ληρον εσεσθαι, *omnia nugas futura* docet. *Vit. Auct.* C. IX. Quinam porro fuerint Cynici, Antisthenis nempe discipuli, et quaenam eorum dogmata, non memoramus, ne in re notissima plus aequo immoremur. Silendum tamen non est, eos reiectis pluribus scientiis, artibusque liberalibus, praesertim Geometria, Dialectica, Physica, et Musica, solummodo Moralem Philosophiam in pretio habuisse. Vide Laërtium Lib. VI. segm. 103, et seq. Hoc autem ad explicandum Polystrati sermonem, qui de Ethica Epicurea mox disputaturus est, sufficere videtur. Iam vero etsi Cynicos ad Stoicorum Sectam propius adcedere aliqui putaverint, ut videre est apud Laërtium, ubi ait: κοινωνια τις ταις δυσι ταυταις αἱρεσεσιν εστιν, *societas quaedam est inter has duas Sectas* L. VI. segm. 104. et L. VII. segm. 121; tamen hanc sententiam aliis non placuisse aperte tradit Cicero *De Finibus* Lib. III. num. 68.

Lin. 15. et seq. ἱνα μη εχωσιν κ. λ.). Suis vestigiis inhaeret Noster, dum eos insectatur, qui ne tacere videantur, temere loquuntur. Qua in re Sophistas praecipue indicare videtur; tum quia adversus eos vidimus alios quoque Epicureos scripsisse (Vide Partem I. huius Voluminis pag. 9. et seqq.) tum quia hoc Sophistis vitium passim veteres exprobrarunt. Plato Hippiam Sophistam sic loquentem inducit: ὁ, τ' αν τις βουληται, ὡν αν μοι εις επιδειξιν παρασκευασμενον ῃ, και αποκρινομενον τῳ βουλομενῳ ὁ, τι αν τις ερωτᾳ. *Cuilibet exhibeam, ut quidquid voluerit, dicam de eo quidem argumento, quod ad ostentationem paratum est; et cuilibet, quidquid rogaverit, respondeam. Hipp. Maior. Opp.* T. I. p. 363. *edit. Steph.* Alium etiam inducit iactantem se παντα ειδεναι, και αει, *se scire omnia, et semper. Euthyd.* ibid. p. 294. Immo per huiusmodi loquacitatem ξυρραπτειν τα στομάτα των ανθρωπων, *obturare hominum ora* ipsi putabant. *Ibid.* p. 303.

Lin. 17. λαλουσι περι του μενειν κ. λ.). Non aliter sensum elicere ex litterarum reliquiis quivimus, quam ad illos referendo sermonem, qui iustum, et iniustum *permanere*, seu esse per se tale docebant. Sapientissimam hanc sententiam, et vero Philosopho dignissimam adspernabantur Epicurei, ut mox videbimus; adeoque et Noster eam reiiciendam heic curat. Negari enim nequit plerosque Graecorum Philosophos statuisse, *natura dari aliquid iustum, aliquid iniustum;* idque diserte adserit Aristoteles *Ethic.* L. I. c. 13. et *Rhetor.* L. I. c. 4. Immo pene conceptis verbis inquit: δοκει ενιοις . . . . ὁτι το δικαιον φυσει ακινητον, και πανταχου την αυτην εχει δυναμιν, ὡσπερ το πυρ και ενθαδε, και εν Περσαις καιει. *Nonnullis videtur ius naturale esse immutabile, ubique eamdem habere vim, ut ignis heic, et in Perside urit. Ethic. ad Nicomachum* L. V. c. 10. Zenonem in hanc abiisse sententiam tradit Laërtius L. VII. segm. 88. Adde Chrysippum, aliosque, quos vide, si lubet, apud Sextum Empiricum *Hypotyp.* L. III. c. 24. et apud Ciceronem in Libris *De Legibus*, et *De Finibus.*

Lin. 20. et seqq. φυσεις ανομογενεις). Pluralem hunc numerum raro quidem Veteres adhibuerunt; sed exempla non deesse nemo diffitetur. Heic nimirum opportunus est; agitur enim de variis rerum *naturis*, et constitutionibus, inter quas quasdam homogeneas, alias non homogeneas statuit Noster. Quod autem ουτε το ὁμογενες του ὁμογενους, ουτε το ανομογενες του ανομογενους εστιν ενδεικτικον, docet Sextus Empiricus *Advers. Mathem.* L. VIII. segm. 208. et seqq. Librarius Noster scripsit ανομωγενεις: nos σφαλμα emendavimus.

ΕΙΠΕΡΗΝ ΕΠ
ΛΗΘ ΙΑΝΧΑΛΚΟ
ΠΑϹ ΑΙΠΑ ΤΑ
ΩϹΕ ΤΙΝΚΑΙΧ
ΜΕΝΕϹΤΙΧΑΛ
ΔΟΥ ΟΥΔΕΜ
ΩΙΓΕΝΕΙΕϹΤΙΝ
ΛΟΙΠΟΙϹΟΥΚ ΤΙ
ΤΑΧΟΥΟΜΟΙΩϹ
ΤΑΚΑΛΑΚΑΙΤΑΛ
ΠΕΡΚΑΙΑΛΗΘ
ΤΩΔΕΜΕΝΑ
ΤΩ ΟΥΚΕ

ΑΡΧΕΙΝ
ΔΕΕ ΙΝΟΥΤΕΤΟ
ΖΩΙΟΙϹ ΤΕΤΟΙϹΑΝΘΡΩ
ΠΟΙϹΙ ΝΤΑΙΤΑ ΑΛΛΑ
ΟΥΔΕΤΑΑΙ ΧΡΑΟΥΔΕΤΑΟ
ΜΟΙΑΤ ΙϹΤΕΥΔΩϹΗ
ΔΗΑΛΛΑ ΤΑ ΝΟΜΙΖ
ΖΕΙΝΤΩΝΑΝΘΡΩΠΩΝ
ΟΥΘΕΝ ΕΔΕΙΝΤΟ ΤΩΝ
ΠΡΟϹΕ ΙΝΕΓΓΑΡ ΩΝ
ΤΟΙΟΥ ΩΝΚΑΙΤΩΝΤΟΥ

COL. XIII

Gio. Bª Malesci dis. *Carlo Oraly inc*

COLUMNA XIII.

ει περ ην λοπας κατ' αληθειαν χαλκου, αυτην πασι, και πανταχου ειναι, ὡς εστιν· και ου.. τισιν μεν εστιν χαλκος, τισιν δ' ουκ· ουδε μαλλον ενιω γενει εστιν, τοις δε λοιποις ουκ, ετι δ' ου πανταχου· ὁμοιως δ' ουκ ειναι τα καλα, και τα αισχρα, ὡσπερ και αληθη· αλλ' αυτα τωδε μεν λεγεσθαι ουτω, τωδ' ουκ . . . .

. . . .

. . . .

. . . ουχ ὑπαρχειν ὁλως, ουδε εντυχειν ουτε τοις ζωοις, ουτε τοις ανθρωποις ἡγουνται τα καλα, ουδε τα αισχρα, ουδε τα ὁμοια τουτοις, ψευδως ηδη· αλλα τα μεν νομιζειν των ανθρωπων, ουθεν δε δειν τουτων προσεχειν. Εκ γαρ των τοιουτων, και των του-

si tamen olla vere aeris esset, ut ita omnibus, et ubique sit, uti est; non autem ut aliquibus quidem aes sit, aliis autem non; neque alicui hominum generi magis est, ceteris autem minus, immo et non ubique. Similiter autem non sunt honesta, ac turpia, uti et vera; sed ea ab aliquo quidem dicuntur sic, ab alio vero non . . . .

. . . .

. . . .

CAP. VIII.

Quid sentiant alii de hac re.

¶ non existere omnino, neque convenire brutis, neque hominibus existimant honesta, et turpia, et his similia, falso utique; sed haec quidem existimare oportet ad homines pertinere, nihil autem horum permanere. Ex huiusmodi enim, et his

Lin. 1. et seq. λοπας κατ᾽ αληθειαν χαλκου). Exemplum e re obvia sumsit; neque aliter mutilos hosce versus censuimus complendos, quam huiusmodi exemplo, inferius etiam latius explanato. Quod enim saepe Graeci *Vasa culinaria ex Aere* conflaverint, testis est locupletissimus Pollux *Onomastic.* L. X. Cap. 24. et Lib. VI. Cap. 13. Et quoniam heic veluti per proverbium vox adhibetur; multa etiam ex *Olla*, et *Aere* desumsisse exempla, et proverbia tum Graecos, tum Latinos, docet Manutius in suis *Adagiis*, quae vide, si vacat. Quin immo Λοπας, *Olla*, proverbialiter a Cratete adhibetur, ut legimus apud Plutarchum: μη προ Φακης λοπαδ᾽ αυξων αει ες στασιν αμμε βαλης. Adde Aristophanem εν λοπαδι πεπνιγμενον. *Vesp.* vers. 511. Ceterum si placeat potius λεπις pro λοπας, nec sensus, nec litterarum λειψανα prohibebunt. Invenimus enim apud Dioscoridem λεπιδα χαλκου, *squamam aeris* L. V. c. 87. quam Plinius *scoriam aeris* adpellavit. L. XXXIV. c. 11.

Lin. 9. et seq. ὁμοιως δ᾽ ουκ εστιν τα καλά κ. λ.). In Fragmento Tab. I. n. 1. dum fortasse praefaretur, id ipsum innuit, quod heic fuse explicat. Scribit enim .... καλειν πλειστα τουτων, αλλ᾽ ου συνοραται ὑπ᾽ αυτων δη ουδ᾽ ὑγιεινα, και νοσηρα, και αλλα συμφεροντα, και ασυμφεροντα, και αλλα καλα, και αισχρα .... *vocare plurima horum, sed profecto non conspiciuntur ab ipsis salubria, et noxia; et alia utilia, et inutilia; et alia honesta, et turpia.* Ab incerto itaque, et fallaci hominum de his rebus iudicio argumentum sumit, quo probet eas non esse suapte natura tales.

Lin. 12. et seqq. Τωδε μεν λεγεσθαι οὑτω κ. λ.). Quanta fuerit tum Philosophorum, tum Gentium in definiendis honestis, turpibusque rebus dissensio, perspecta res est. Ω ξενε, inquit Artabanus, νομοι διαφερουσιν ἀνθρωπων, αλλα δε αλλοις καλα· καλον δε πασι τα οικεια σωζειν, και κοσμειν. *Hospes, hominum leges differunt, alia aliis honesta videntur; honestum est autem omnibus domesticas institutiones tueri, atque exornare.* Plutarchus *Vit. Themist.* T. I. p. 125. Quapropter non abs re Nepos fatetur, *non eadem omnibus esse honesta, atque turpia, sed omnia maiorum institutis iudicari. Praefat.* Ad huiusmodi itaque sententiam respicit heic Noster, cuius sermonem pristinae integritati restituere conamur. Vide Clementem Alexandrinum *Strom.* L. IV. c. 5. et seqq.

Lin. 16. et seqq. ουχ ὑπαρχειν ὁλως κ. λ.). Quae legimus in αυτογραφῳ, quaeque restituimus, ad illos pertinere censemus, qui omnino negabant aliquid esse *ius naturale*, seu *natura sua iustum*, aut *iniustum*, *honestum*, aut *inhonestum*. Huiusmodi sententiam Laërtius tribuit Archelao L. II. segm. 16. Aristippo, *ibid.* segm. 93. et seq. Theodoro Atheo, ibid. segm. 96. et Pyrrhoni L. IX. segm. 61. Vide etiam Plutarchum *De Placitis Philosophorum* Lib. I. c. 7.

Lin. 18. et seq. ουτε τοις ζωοις, ουτε τοις ανθρωποις). Huc videtur referendum, quod prostat inter Fragmenta, scilicet των νομισθεντων μηθεν χειρον απαλλαττειν τα λοιπα ζωα μητε ὁσιον, η ανοσιον νομιζοντα.... *eorum, quae existimantur (mala), nihil peius amovet caetera animantia; quae neque sanctum, neque impium existimant* .... Tab. II. num. 5. Fortasse tunc paucis proponebat, quae suo loco uberius erat expositurus.

Lin. 26. Εγ γαρ). Tanta utique fuit inter γ, et κ pronunciationis adfinitas, ut non modo heic illam pro ista littera scripserit Librarius, sed mox etiam Col. XXI. lin. 7. pariter ορθογραφιαν corruperit. Vide Vossium Diss. *De Litterarum Permutatione*, in fin. *Etymol.* Alibi vero in Papyraceis Voluminibus legitur μεγ γαρ pro μεν γαρ.

ϹΠΑΡΑΠΛΗϹΙΩΝΛΟΓΩΝ
Ε ΕΘΗϹΟΝΤΑΙΘΡΑϹΥΝΟ
ΝΟΙΟΤΙΝΕϹΚΑΙΤΑΠΑΡΑΤΟΙϹ
ΩΠΟΙϹΝΟΜΙΖΟΜ Κ
Ν ΠΕΡΟΡΩΝΤΕϹΚ
Π ΒΑΙΝΟΝΤΕϹΠΟ
Κ ΕΦΟΙϹΤΟΝΑΞΙΟΝΜ Ϲ
ΝΩϹΑΛΗΘΩϹΚΑΘΑΠΕΡ
Α ΠΑΝΩΙΕΛΕΓΟΝΚΟ
ΜΙΖΟΝΤΑΙΚΑΙΥΠΑΝΘΡΩ
ΠΩΝΕΝΥΠΟΨΙΑΓΙΝΟ Ε
ΝΟΙΚΑΙΚ ΤΑϹΑΡΧΑΙΑ

ΔΕ
ΑΙΓ
ΤΑΡΧΟΝΤ ΝΑΛΛΑΤΑ
Ρ ΒΙΑϹΑΜΕΝΟΙΕΠΙΠΕϹ
Τ ΚΤΩΝΠΡΟΕΙΡΗΜΕ
ΝΛΟΓΩΝΕΝΤΟΙϹϹΥΜ
Β ΝΟΥϹΙΝΚΑΤΑΤΗΝΕΠ
Κ ΑΤΕΙΑΝΠΑΛΙΝΕΚΕΙΝΟΙ
Ϲ ΡΟΒΟΥΝΤΑΙ ΗΔΟΚΕΙ
Τ ϹΑΝϹΟΙΕΚ ΩΝΠΡΟΕΙ
Ρ ΜΕΝΩΝΛΟΓΩΝΟΥ
ΚΑ ΤΑΘΕΙΝΟ ΕΓΟΜΕΝ

COL. XIV

Gio. B.a Malesci dis. Carlo Orati inc.

COLUMNA XIV.

τοις παραπλησιων λογων εὑρεθησονται θρασυνομενοι τινες, και τα παρα τοις ανθρωποις νομιζομενα ὑπερορωντες, και επιπροβαινοντες πολλακις, εφ' οἱς τον αξιον μισθον, ὡς αληθως, καθαπερ και επανω ελεγον, κομιζονται, και ὑπ' ανθρωπων εν ὑποψιᾳ γινομενοι, και κατα τας αρχαιας

. . . .

. . . .

καὶ πολλα λεγουσιν των ουχ ὑπαρχοντων· αλλα παραβιασαμενοι επιπεσονται εκ των προειρημενων λογων εν τοις συμβαινουσιν, η κατα την επικρατειαν παλιν εκεινοις στροβουνται. Η δοκει ουν τις αν σοι εκ των προειρημενων λογων ου κακοπαθειν, ὁ λεγομεν;

similibus sermonibus loquendi audaciam sumentes invenientur nonnulli, et quae ab hominibus censentur, despicientes, et saepe progredientes ad ea, in quibus dignam mercedem vere, uti et supra dixi, retulerunt, et in hominum suspicionem venientes, et secundum antiquas . . . .

. . . .

. . . .

et multa dicunt, quae non ita sunt: sed argumentationem urgentes excident in occasionibus ab iis, quos dixerant, sermonibus; aut dum sustinere nituntur, iterum ab illis exagitantur. Itaque num aliquis ex sermonibus modo memoratis tibi videtur non habere ea absurda, quae dicimus?

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seq. *εὑρεθησονται θρασυνομενοι τινες*). Quinam sint, quos heic memorat Polystratus, non satis liquet; verosimile autem videtur ad Sophistas sermonem intendi. Neminem enim praeterit perpetuas inter Philosophos de actionum honestate, et turpitudine fuisse dissensiones; uti testantur prae ceteris Lucianus Dialog. *Hermotimus*, seu *De Sectis*, Cicero *De Finibus* L. II. n. 49. et seqq. Lactantius *Instit. Divin.* L. III. c. 7. et seqq. Sophistae autem, quum in eo gloriam suam reponerent, quod de omnibus disputarent, et quamlibet sententiam argutia, et loquacitate sua defenderent; libenter in eam sententiam abibant, de qua agit Polystratus, et in qua tuenda ipsi temere se iactabant.

Lin. 7. et seqq. *τον αξιον μισθον κ. λ.*). Philosophos, quos modo memoravimus, contemtos fuisse ob huiusmodi *δογματα* notissimum est, atque a Laërtio passim narratur L. II. segm. 103.

Lin. 10. et seqq. *ὑπ' ανθρωπων εν ὑποψιᾳ γινομενοι*). Hominum suspicionem admodum timebat Epicurus, et ad eam vitandam, iniuriam non inferendam censuit. *Ἡ αδικια ου καθ' ἑαυτην κακον, αλλ' εν τῳ κατα την ὑποψιαν φοβῳ, ει μη λησει ὑπερ των τοιουτων εφεστηκοτας κολαστας.* *Iniuria per se malum non est, verum ob suspicionis metum, quod latere nequeat eos, qui huiusmodi sunt iniustitiae constituti vindices. Rat. Sentent.* C. XXXVII. Hinc Epictetus apud Arrianum ait: *το γαρ κλεψαι ουδ' αυτο ὁ Επικουρος αποφαινει κακον, αλλα το εμπεσειν.* *Ne furari quidem per se malum reputat Epicurus, verum deprehendi.* L. III. c. 7. Vide Clementem Alexandrinum *Stromat.* L. IV. c. 5. et seqq. et Senecam Epist. XCVII. Quamobrem non sine terrore suspicionem heic memorare videtur Polystratus.

Lin. 12. *και κατα τας αρχαιας*). Erit fortasse supplementum huiusmodi: *και κατα τας αρχαιας δοξας ου διαλεγομενοι ελεγχονται, et secundum veteres opiniones non disserentes redarguuntur.* Id enim recte consonat praecedentibus aeque, ac sequentibus Polystrati sententiis. Novimus, penitus insitas opiniones, quae ad actionum honestatem, et turpitudinem pertinebant, *antiquas* fuisse dictas, uti revera humano generi coaevae sunt: ideoque *censuram* minime effugisse, qui *secundum illas non disseruisset.* Vide Sophoclem in *Antigone* vers. 451. et seqq. ac Tullium *De Legibus* L. I. n. 19. ad 36. et *De Finibus* L. IV. n. 18. tum Lib. III. n. 20.

Lin. 15. *και πολλα λεγουσιν των ουχ ὑπαρχοντων*). Utramque adversariorum sententiam, quam modo innuit, complecti videtur Epicuri Adsecla verbis heic suppletis, et ceteris, quae inferius leguntur. Saepe enim *τα ὑπαρχοντα*, et *τα ουχ ὑπαρχοντα* ea, quae *ita se habent*, et *non ita se habent*, significant. Ita sane Plato in *Timaeo* pag. 29. T. III. *Opp. Ed. Steph.*

Lin. 22. et seqq. *Η δοκει κ. λ.*). Ad illum heic sermo convertitur, cui librum fuisse inscriptum monuimus in Praefat. p. IV. Brevis autem, quae innuitur, refutatio subiecta est opinionibus tum eorum, qui iustum, et iniustum permanere, utpote sua natura tale, censebant; tum etiam aliorum, qui omnino nihil esse honestum, et inhonestum opinabantur.

Lin. 25. *κακοπαθειν*). Num ita, an *και παθειν* heic legendum foret, incertum quidem est; sed lectionem praetulimus, quae visa est probabilior. Etenim *το κακοπαθειν* non modo de personis, sed de rebus etiam dicitur, quae *male se habent*, seu absurditate laborant. Supervacaneum esset plura in medium adferre exempla: meminimus enim Athenaeum vocasse *μεταλλειας κακοπαθους, subfossiones terrae laborem adferentes;* et Galenum dixisse *κακοπαθουντα μορια*, *membra male adfecta.*

ΑΛΛΑΜΑΛΛΟΝΠ ΙΘΩΛΑ
ΒΕΙΝΩϹΨΕΥΔΩϹΝΟΜΙ
ΖΕΤΑΙΤΑΚΑΛΑΚ ΙΑΙϹΧΡΑ
ΚΑΙΟϹΑΝΟΜΙΖΕ ΠΟϹ
ΤΑΛΛ ΕΠΕΙΔΗΟ ΧΩϹΠΕΡ
ΧΡΥϹΟϹΚΑΙΤΑΤΟ ΑΥΤΑϹ
ΠΑΝΤΑΧΟΥΤΑΥΤΕϹΤΙΝ
ΕΜΠΟΔΩΝΓΑΡΕΚΑϹΤΩΙ
ΔΗΠΟΥϹΥΝΟΡΑΝΩϹΟΥΔΕ
ΜΕΙΖΟΝΚΑΙΕΛΑΤΤΟ ΤΟ
ΑΥΤΟΠΑΝΤΑΧΟΥ ΑΙΠΡΟϹ
ΠΑΝΤΑΤΑΜΕΝΑΛΗ ΤΑ
Ω ΔΙ
ΤΩ

ΟΥΦΟ
ΚΕΝ
ΩΝ
ΔΥΝΑΜΕΝΩΝ
ΤΟΝΤΡΟΠ ΝΕ
ΤΕΓΑΡΥΓΙΕΙΝΑ
ΑΥΤΑΠΑϹΙΝΥΠΑΡΧΕΙ
ΟΥΤΕΘΡΕΠΤΙΚΑΗΦΘΑΡ
ΤΙΚΑΟΥΤΕΤΑΤ ΥΤΟΙϹ
ΕΝΑΝΤΙΑΑΛΛΑΤΑΥΤΑΤΟΥϹ
ΜΕΝΥΓΙΑΖΕΙΚΑΙΤΡΕ

COL. XV

Gio. B.ª Malesci dis. *Carlo Orazj inc.*

COLUMNA XV.

Αλλα μαλλον πειθω λαβειν, ὡς ψευδως νομιζεται τα καλα, και αισχρα, και ὁσα νομιζεται τοτ’ αλλα · επειδη ουχ, ὡσπερ χρυσος, και τα τοιαυτα πανταχου ταυτα. Εμποδων γαρ ἑκαστῳ δη που συνορᾳν, ὡς ουδε μειζον, και ελαττον το αυτο πανταχου, και προς παντα τα μεν αληθεστατα

. . . .

. . . .

. . . . . των σιτιων ουποτε δυναμενων αυτον τον τροπον εχειν. Ουτε γαρ ὑγιεινα ταυτα πασιν ὑπαρχει, ουτε θρεπτικα, η φθαρτικα, ουτε τα τουτοις εναντια · αλλα τ’ αυτα τους μεν ὑγιαζει, και τρε-

CAP. IX.

Quid sit sentiendum ex Epicuri doctrina.

¶ At potius suadeo tenere tamquam probatum falso censeri res honestas, ac turpes, et quaecumque aliquando aliae censentur; siquidem non sunt, quemadmodum aurum, et alia huiusmodi, quae ubique eadem sunt. Unicuique enim obvium est conspicere ipsam rem nec maiorem, nec minorem esse ubique; et ad omnia quidem verissima

. . . .

. . . .

. . . . . . quum cibi nequeant eumdem agendi modum habere. Neque enim haec, neque ea, quae his contraria sunt, omnibus salubria sunt, aut nutriendo apta, aut exitialia; sed ipsa aliquos quidem sanant, nutriuntque,

ADNOTATIONES.

Lin. 1. Αλλα μαλλον πειθω λαβειν κ. λ. Verbum λαβειν, *tenere tamquam firmum, et per se probatum*, vertimus, quia apud Philosophos, ac praesertim Dialecticos hoc sensu saepe adhibetur, uti animadvertit Budaeus *Comment. Linguae Graecae* p. 144. 197. Dictione autem adposita utitur Polystratus, quia huiusmodi sententiam, quam suo lectori inculcat, in Epicuri Κυριαις Δοξαις invenerat. Legitur enim: ουκ ην τι καθ' ἑαυτο δικαιοσυνη, αλλ' η εν ταις μετ' αλληλων συστροφαις, καθ' ὁμιλιας δη ποτε εδει τοπους συνθηκην τινα ποιεισθαι ὑπερ του μη βλαπτειν, η βλαπτεσθαι. *Iustitia nihil per se esset, verum in conversationibus mutuis quibusdam in locis id foedus initur, ut non laedamus, neque laedamur. Rat. Sent.* XXXVI. Vide etiam praecedentem, et sequentes *sententias*. Porro ad huiusmodi doctrinam referuntur verba Epicteti apud Arrianum L. III. c. 7. Plutarchi *Advers. Colot.* L. II. p. 1112. Clementis Alex. *Strom.* L. IV. c. 5. Ciceronis *De Fin.* L. II. n. 27. et Lucretii L. V. v. 1017. et seqq. Consule Stanlejum *Hist. Vet. Philosoph.* p. 1098. *Dissert. Prooem.* VIII. c. 7. et Gassendum ceteris uberiorem, *Not. ad L. X. Laërtii* p. 130, et seqq. *Florentiae* 1728.

Lin. 7. πανταχου ταυτα). His verbis alias litterulas incuriosus subdiderat Librarius, quae postea Orthographus expunxit, totidem punctis (uti moris erat, et alibi observavimus) superius signatis. Hanc autem dictionem saepe usurpat Aristoteles, quoties de ea quaestione agit, cur scilicet το φυσικον δικαιον πανταχου την αυτην εχῃ δυναμιν, τα δε ανθρωπινα ου ταυτα πανταχου, *ius naturale ubique eamdem vim habeat, humana autem iura non sint eadem ubique. Ethic.* L. V. c. 10.

Lin. 8. Εμποδων). Lineolam superpositam signum scriptionis esse pluries in papyraceis libris vidimus, quo facilius lector periodi alicuius initium notaret. Iam vero *aurum, et argentum* non sunt alicubi *maius*, alicubi *minus*; sed *ubique* sunt aeque *aurum, et argentum*. Contra vero, ait Polystratus, iustum, et iniustum non sunt ita; quia apud varias Gentes mira varietas opinionum in his rebus aestimandis est. Porro Balfoureus hanc varietatem congestis undecunque exemplis comprobare conatur. *Comment. in Ethic. Aristotelis* Cap. III. pag. 26. et seq. *Burdigalae* 1620.

Lin. 11. et seqq. και προς παντα κ. λ.). Quae legimus, quaeque subdimus, Philosophorum doctrinis consonare videntur, ubi de quantitatis determinatae constantia, et veritate disputatur. Ου δοκει δε το ποσον επιδεχεσθαι το μαλλον, και το ἡττον....ιδιον δε μαλιστα του ποσου το ισον τε, και ανισον λεγεσθαι. *Non videtur autem quantitas definita recipere magis, et minus.... sed maxime proprium est quantitatis dici aequalem, et inaequalem.* Aristoteles *De Categoriis* C. VI. Ubi autem το αληθες, aut το ψευδες inveniatur, docet *ibid.* C. I. Ceterum haec veritatis natura est, ut magis, et minus non admittat; siquidem una semper, eademque est. Epicurus veritatem in constanti sensuum testimonio reponens id negare non poterat. Vide Laërtium Lib. X. segm. 146.

Lin. 15. et seqq. των σιτιων κ. λ.). Satis valida argumenta, ex litteris extantibus, et sensu desumpta fidem supplemento faciunt. Nimirum memoraverat in lacuna Polystratus τα σιτια, *cibos*; quo utique referuntur τ'αυτα, et τουτοις inferius legenda. Cibi vero non semper eumdem agendi modum servant; siquidem eorum actio a varia hominum eam excipientium dispositione pendet; ac propterea modo hac, modo alia ratione vis agentis sese exserit, et suos prodit effectus. Hoc autem exemplo quomodo suam opinionem confirmet, mox adsequemur.

Lin. 18. et seqq. Ουτε γαρ ὑγιεινα κ. λ.). Notissimam hanc Medicorum sententiam in suum patrocinium trahit Polystratus. Eam sane Hippocrates in Libris περι της Διαιτης, *De Victus ratione*, et Galenus in lib. Περι ευχυμιας, και κακοχυμιας τροφων, *De bonis, pravisque alimentorum succis*, sollertissime esposuerunt. Porphyrius huic adfinem comparationem adferens, *ea*, inquit, *quae legibus constituta sunt, non esse secundum propriam naturam, sive per se iusta, quod aliquibus indifferentia sint, aliquibus etiam iniusta habeantur; eo modo, quo pharmacum, quod istis prodest, illis nocet, non potest dici ex sua natura salubre potius, quam insalubre; quum si esset quidem salubre per se, omnibus prodesset; si per se insalubre, omnibus noceret.* Apud Gassendum *Not. ad L. X. Laërtii p.* 130. *Florentiae* 1728.

ΦΕΙΤΟΥΣΔΕ NAN
ΤΙΩΝΔΙΑΤΙΘΗΣΙΝ ΩΣ
ΤΕΗΚΑΙΤΑΥΤΑΠΑΝΤΑΦΑΤΕ
ΟΝΑΨΕΥΔΗΕΙΝΑΙΑΠΕΡΙ
ΦΑΝΩΣΕ ΑΣΤΟΣΘΕΩΡΕΙΣ
ΕΡΓΑΖΕΤΑΙ ΗΜΗΒΟΥΛΟ
ΜΕΝΟΝΑΝΑΙΣΧΥΝΤΕΙΝ
ΚΑΙΜΑΧΕΣΘΑΙΤΟΙΣΦΑΝΕ
ΡΟΙΣΟΥΔΕΤΑΚΑΛΑΚΑΙΤΑ
ΑΙΣΧΡΑΑΡΤΕΟ ΩΣ Ε ΔΩΣ
ΝΟΜΙΖΟΜΕΝΑ ΟΤΙΣ ΠΑ
ΣΙΤΑΥΤΑΕΣΤΙΝΩΣΠΕΡ
ΛΙΘΟΣΗΧΡ

ΤΑ
ΑΠΡΟ ΙΚΑΤΗ
Μ ΝΑΟΥΤ ΝΑΥΤΗ Ω
ΑΝΕΧΕΙΤΟΙΣΚΑΤΑΤ Ν
ΔΙΑΝΦΥΣΙΝΛΕΓ ΜΕΝΟΙΣ
ΑΙΜΗΠΡΟΣΤΙΟΥΔΕΤΑ
ΜΕΝΑΛΗΘ ΝΣΥΠΑΡΧΕΙ
ΤΑΔΟΥ ΩΣΤΕΤΟΑΞΙΟΥΝ
ΤΑΥΤΑΤΟΥΤΟΙΣΣΥΜΒΕ
Β ΚΕΝΑΕΙ ΥΗΘΕΣΗΤΑ
ΜΕΝΕΙΝΑΙΤΑΔΕΜΗΚΑΙ
ΟΥΘΕΝΔΙΑ ΕΡΕΙΑΠΟΤΩΝ
Δ ΤΑΔΕΑΝΑΣΚΕΥΑΖΕΙΝ
ΗΑΠΟΤΩΝΔΕΤΑΔΕ ΑΛ

COL. XVI

Gio. B.a Malesci dis. Carlo Oratij inc.

COLUMNA XVI.

Φει, τους δ' επι των εναντιων διατιθησιν. Ὥστε η και ταυτα παντα Φατεον ψευδη ειναι, ἃ περιφανως ἕκαστος θεωρει, ὅτι εργαζεται· η μη βουλομενον αναισχυντειν, και μαχεσθαι τοις Φανεροις, ουδε τα καλα, και τα αισχρα αρτεον, ὥς ψευδως νομιζομενα, ὅτι ου πασι ταυτα εστιν, ὥσπερ λιθος, και χρυσος . . . . .

. . . .

. . . .

ὅτι τα προς τι κατηγορουμενα ου την αυτην χωραν εχει τοις κατα την ἴδιαν Φυσιν λεγομενοις, και μη προς τι· ουδε τα μεν αληθως ὕπαρχει, τα δ' ου. Ὥστε το αξιουν τ' αυτα τουτοις συμβεβηκεναι, ευηθες, η τα μεν ειναι, τα δε μη· και ουθεν διαΦερει απο τωνδε ταδε ανασκευαζειν, η απο τωνδε ταδε. Αλ-

alios vero contra afficiunt. Quare aut dicendum est haec omnia falsa esse, quae evidenter quisque conspicit effici; aut qui non vult impudenter id adserere, et rebus manifestis adversari, is neque honesta, ac turpia sumere debet tamquam res, quae falso censeantur non omnibus tales esse, uti lapidem, et aurum . . . .

. . . .

. . . .

CAP. XI.

Honesta, ac turpia relativa sunt.

¶ quoniam quae relate praedicantur, non eumdem locum obtinent, ac ea, quae secundum propriam naturam dicuntur, et non relate ad aliquid: neque illa vere exsistunt, haec autem minime. Quare stultum est opinari easdem proprietates hisce convenire, aut ea quidem esse, ista vero nequaquam; ac nihil interest, utrum ista ab illis, an illa ab istis comparemus. At

Lin. 1. et seq. τους δ' επι των εναντιων διατιθησιν). Supplementum huiusmodi consueta Medicorum loquutio efflagitavit. Quum enim verbum διατιθεναι significet *afficere*, Medici ad corporis adfectiones ita transtulerunt, ut διαθεσιν hoc sensu frequenter usurparint. Ita Galenus του σωματος νοσωδη διαθεσιν, *morbosam corporis adfectionem* dixit. *De bonis, pravisque alimentorum succis.* C. I. p. 419. *apud Charter.* T. VI. *Paris.* 1678. Probe autem animadvertit Suidas h. v. ad ea pertinere διαθεσιν, *quae facile moventur, et celeriter mutantur: uti morbus, et sanitas.* Διαθεσεις λεγονται, ἁ εστιν ευκινητα, και ταχυ μεταβαλλονται, οἷον και νοσος, και ὑγιεια. Exscripta videntur haec verba ab Aristotele *De Categoriis* C. VIII. n. 4. Quod utique monuisse iuverit, tum quia nostram expositionem confirmat, tum ut magis magisque pateat Polystratum animadversiones Scholasticorum prae oculis habuisse, dum de *Relatis* ageret.

Lin. 16. et seqq. ὁτι τα προς τι κατηγορουμενα κ. λ.). Brevior ceteris lacuna id nobis surripuit, quo Auctor probans *absolute praedicari lapidem, aurum etc. relative autem iustum, et iniustum*, progreditur ad indicandam differentiam inter *praedicatum relative*, et *praedicatum absolute*, ut Scholarum sermone utamur. Porro verba, quae restituimus, technica sunt, et sensui congruunt. Nimirum Κατηγορια παρα Φιλοσοφοις η επι πλεον λεγεται, και γινεται, η επισης, επ' ελαττον δε ουδεποτε. Και επι πλεον μεν, ὁτε τα καθολικωτερα κατηγορουνται των μερικωτερων. Καθολικωτερα ουν εισι τα επανω, μερικωτερα δε, τα ὑποκατω. Κατηγορια δε εστιν οἱον προσηγορια τις λεγομενη ἁπλως. *Categoria apud Philosophos aut latius patere dicitur, et revera latius patet, aut aequaliter, numquam vero minus. Et latius quidem patet, quum universaliora de particularibus dicuntur. Universaliora autem sunt superiora: particularia vero inferiora. Categoria igitur est quasi quaedam adpellatio, quae simpliciter et generaliter dicitur.* Suidas h. v. Iamvero Κατηγορια relationis, de qua heic agit Polystratus, ita ab Aristotele definitur. Προς τι τα τοιαυτα λεγεται, ὁσα αυτα, ἁπερ εστιν, ἑτερων ειναι λεγεται, η ὁπωσουν αλλως προς ἑτερον. *Ad aliquid ea dicuntur, quaecumque id, quod sunt, aliorum esse dicuntur, vel quocumque alio modo ad aliud referuntur. Categor.* Cap. VII. Quae quum ita se habeant, non abs re Noster adfirmat *ea, quae relate ad aliquid praedicantur, non habere eumdem locum*, constantem scilicet, et universalem, *ac ea., quae secundum propriam naturam*, seu per se, et absolute *dicuntur.*

Lin. 20. et seqq. ουδε τα μεν αληθως ὑπαρχει, τα δ' ου.). Quod relativa *vere existant*, negare non licet: quod autem differant το ιδιον, και το συμβεβηκος, cui utique προς τι subiicitur; fuse explicat Porphyrius in *Isagoge ad Categorias Aristotelis* C. XVII. Haec itaque animo revolventes, quid sibi velint Polystrati verba intelligemus; is enim ex perspecta *absolutorum*, et *relatorum* existentia quamdam deducit suae Θεσεως probationem.

Lin. 25. et seqq. και ουθεν διαφερει κ. λ.). Putaverit fortasse quispiam huc revocandam illam Tullii sententiam: *nihil esse, quod intersit, aut differat aliud ab alio, praeter honesta, et turpia. De Finibus* Lib. III. num. 25. Sed locus Polystrati facilius intelligetur, si ea, quae Aristoteles docet de *substantia*, quam ipse ουσιαν, Polystratus Φυσιν appellat, cum iis, quae de τῳ προς τι, *de relato docet*, comparentur, nempe cap. V. et VII. Ibi enim liquido patet frequenter humanam mentem a substantiae notione ad notionem relationis transire, et vicissim ab hac ad illam: immo ibi etiam απο του σπουδαιου, και του Φαυλου, *ab honesto, et vitioso;* atque απο του καλλιονος, και του χειρονος, *ab honestiore, et deteriore* exempla desumuntur, p. 27. et 36. T. I. *Opp. Paris.* 1654. Idipsum itaque agit Polystratus, qui ad hunc cogitationis transitum significandum adposite adhibuit το ανασκευαζειν; quia per eum *instaurantur, reparantur* tum rerum *absolutarum*, tum *relatarum* notiones: quo nimirum sensu non modo hoc verbum, sed eius etiam derivata usurpari nemo Graecarum litterarum gnarus negaverit.

ΤΑ ЄΠЄΙ ΜЄΙ
Α ЄΥ
Ν ΚΑΙ
ΘΟ ЄϹΤ ΖΟΝ
ΤΙΝ ΑΤ ΚΑΙΒΑ
ΡΥΤ ЄΠΙ ΝΛΟΙ
ΠΩΝ ΩϹΚΑΘΑΥΤΟ
ΔЄΤΟ ΟΥΘЄΝΠЄΠΟΝ
ΘЄΝΟΙЄ ϹΑΛΛΟ ΟΥΤΩ
ΚΑ ΤΟΝ ΚΑ ΤΟΝΧΡΥ
ϹΟΝΚΑ ΑΥΤΑΔЄΙΝ
Є ΘЄΙ

Κ
ΘΟ
ΝΑ ΔΑΛΛΗΝ
Τ ЄΝΑΝΤΙΑΝΦ
ϹΙΝЄΧЄΙΝ ЄΠЄΙΔΟΥΚЄΧЄΙ
ŌΥΤΩϹΨЄΥΔΩϹΗΔΗΦΑϹ
ΚΩΝΤΑΥΤ ΝϹ ΖЄϹΘΑ
ΟΥΚ ΝΤΑ ΙΓΑΡΔΙΑΦЄ
ΡЄΙΤΑΤΟΙΑΥΤΑΞΙΟΥΝΗΤΑ
ΚΑΛ ΚΑΙΑΙϹΧΡΑϹΠΟΥΔΗϹ
Τ ΑϹ ΚΑΙΠΑΝΤΑΧΟΥΤΑΑΥ
ΤΑЄ ΤΙΝΨЄΥΔΩϹΑΥΤΑ
ΦΑϹΚЄΙΝΟΥΚΟΝΤΑΚΑΤΑΛΗ
ΘЄΙΑΝ ΤΩΝΓΑΡΠΡΟϹΤΙ

COL. XVII

Gio. B.a Malesci dis. Carlo Oratj inc

COLUMNA XVII.

λα δη τα προς τι άμα εστιν τη Φυσει· επει μηδεμεια εχει, ει μη προς τι, το ευναζειν, και ίσταναι ορθον, μητ᾽ εστι μειζον τι, μητε ελαττον, και βαρυ τι εχειν, και επι των λοιπων ώσαυτως· καθ᾽ άυτο δε το Φυσεως ουθεν πεπονθεν, ό επι τοις αλλοις· όυτω καὶ τον λιθον, και τον χρυσον, και τα τοιαυτα δειν ειναι κατ᾽ αληθειαν, και καθ᾽ άυτα. Και γαρ ει ην τα καλα, και αισχρα, ώς ό λιθος, και ό χρυσος, ου δυναιτο αν μηδ᾽ αλλην τινα, μηδ᾽ εναντιαν Φυσιν εχειν. Επει δ᾽ ουχ εχει ούτως, ψευδως ήδη Φασκων ταυτα νομιζεσθαι ουκ οντα. Και γαρ διαΦερει τα τοιαυτ᾽ αξιουν, η τα καλα, και αισχρ᾽, ά σπουδης τελος, και πανταχου τα αύτα εστιν, ψευδως αυτα Φασκειν ουκ οντα κατ᾽ αληθειαν. Των γαρ προς τι

vero relationes ad aliquid sunt simul cum natura; quoniam nulla habet, nisi relate ad aliquid, quod cubet, quod recte stet; neque *aliter* est maius, et minus, et grave aliquid habere, et in ceteris eodem modo: per se autem, quod naturae est, nihil patitur eorum, quae ad alia referuntur: sic et lapidem, et aurum, et alia huiusmodi esse oportet re vera, et per se. Si enim honesta, et turpia essent, ut lapis, et aurum; non possent aliam quampiam, aut contrariam naturam habere. Quoniam vero non ita se habent, falso gaudes dicere a nobis censeri, omnino non existere *honesta, et turpia.* Etenim nostra sententia differt ab eo, ut honesta, ac turpia, quae studii finis, et ubique eadem sunt, falso ipsa dicamus re vera non existere. Quum enim haec ad aliquid

Lin. 1. et seq. τα προς τι ἁμα εστιν τῃ Φυσει). Haec Tabulae pars, Delio, ut aiunt, urinatore eget, ut genuina lectio, eiusque interpretatio recto stet talo. Ad Aristotelem confugimus, quem ex Veteribus unum de huiusmodi argumento invenimus disputantem: etsi enim alia atque alia δογματα tradiderit, Epicureorum disciplinae repugnantia, in hisce tamen Logicis doctrinis eos, ceterosque Philosophos sibi consentientes habuisse videtur. Eadem fortasse et ipse Epicurus docuerat in libro, qui Περι Κριτηριου, seu Κανων inscriptus est, teste Laërtio L. X. segm. 7. ac Tullio *De Nat. Deor.* L. I. n. 43. Scribit itaque Aristoteles iisdem pene verbis eamdem sententiam: δοκει τα προς τι ἁμα τῃ Φυσει ειναι, και επι μεν των πλειστων αληθες εστιν.... ουκ επι παντων δε των προς τι αληθες δοκει, ἁμα τῃ Φυσει ειναι. *Videntur autem, quae sunt relata ad aliquid, simul com natura esse: quod sane in plerisque verum est..... sed non in omnibus, quae sunt ad aliquid relata, videtur verum esse, ea simul esse cum natura. De Categ.* C. VII. p. 34. *Parisiis* 1654.

Lin. 2. et seqq. επει μηδεμεια εχει, ει μη προς τι, κ. λ.). Ecce ad rem Stagiritae verba: ει μη εστι ταυτα των προς τι, αληθες αν ειη λεγειν, ὁτι ουδεμια ουσια των προς τι εστιν. *Si vero haec non sunt in iis, quae referuntur ad aliquid; utique verum est, nullam substantiam esse in iis, quae referuntur ad aliquid. Ibid.* p. 36. Ubi ουσια dicitur, quae Polystrato est Φυσις: cuiusmodi συνωνυμιαν passim apud Sacros, profanosque Scriptores invenies: sicuti etiam μειαν, ουδεμειαν κ. λ. pro μιαν, ουδεμιαν papyraceae Bibliothecae Librarii non raro scripserunt. Praeterea inquit: εστι δε το προς τι θεσις, *est autem quid relatum positio*: ac subiungit exempla: εστι δε και ἡ ανακλισις, και ἡ στασις, το ανακεισθαι, η ἑσταναι, *est autem et recubatio, et status, recubare, vel stare. Ibid.*

Lin. 5. μητ' εστι μειζον κ. λ.). Favet etiam laudatus Philosophorum Princeps: το μειζον, τουθ' ὁπερ εστιν, ἑτερου λεγεται· τινος γαρ μειζον λεγεται.... Δοκει δε και το μαλλον, και το ἡττον επιδεχεσθαι τα προς τι. *Maius, id quod est, altero est; aliquo enim maius dicitur.... Videntur autem ea, quae referuntur ad aliquid, recipere magis, et minus. Ibid.* p. 34.

Lin. 11. λιθον). Haud temere hoc nomen interposuimus, quia nuper non aliud in eodem ferme sermone occurrit Tab. XV. vers. 13.

Lin. 13. ειναι κατ' αληθειαν). Saepe Φρασιν, quam heic supplevimus, usurpat Polystratus, uti inferius vers. 27. Tab. XIX. lin. 13. atque antea Tab. XII. lin. 25. Certe quidem nec sensus, nec litterarum vestigia alio nos duxerunt.

Lin. 14. et seqq. Και γαρ ει ην κ. λ.). Musis, et Gratiis, ut aiunt, non invitis hunc locum restituimus; in quo nullum alium versiculum desiderari putamus. Videtur enim Auctor eadem pergere via, quam ingressus fuerat: quum deceptus a Philosophorum dissensionibus, et a variis Gentium moribus, opinatur honestarum, ac turpium actionum naturam esse mutabilem, ac propterea non huiusmodi esse, ut substantiae sunt, quarum natura mutari nequit. Porro huiusce σοφισματος refutationem vide apud Scriptores, qui de *Iure Naturae*, eiusque solidissimis fundamentis fusiore calamo egerunt.

Lin. 20. et seqq. ψευδως ἠδη Φασκων). Si huiuscemodi lectio non placuerit, lege ψευδως ηδη Φασκων, *falso iam dicens*, subandi *est.* Unus nimirum, idemque sensus excuditur. Mox leges ψευδως ηδη Φασκειν. Tab. XIX. lin. 12.

Lin. 24. et seq. ἁ σπουδης τελος). Id ex adversariorum sententia dicit, ut eorum convicio sibi, suisque facto respondeat. Noverat enim ηθικην esse praepositam ipsi Divinarum, humanarumque rerum cognitioni Eurypid. *Helen.* v. 829. Vide etiam Epictetum apud Arrianum Diss. IV. c. 3. et Ciceronem *Orat. pro Balbo* Cap. VI, Multa congerit hac de re Cocceius in *XII. Dissert. Prooem.* Lib. I. cap. 1.

ΤΙΣΩΑΝΘΡΩΠΕΕΣ
ΤΙΝΤΑΥΤΑ ΓΩΝΚΑΘΑ
ΤΑΩΣΠΕΡΑΣΥΠΡΟΦΕΡΕΙ
ΗΟΥΔΕΚΕΙΝΟΝΑΝΦΗΣΕΙ
ΟΤΙΚΑΙΕΠΙΤΟΥΣΩΜΑΤΟΣ
ΑΥ ΟΥΑΛΛΑΜΕΝΤΩΝΟ
ΣΟΥΝΤΙΑΛΛΑΔΕΤΩΙΥΓ
ΑΙΝΟΝΤΙΣΥΜΦΕΡΕΙΚΑΙ
ΑΥΤΩΝΤΟΥΤΩΝΠΑΛΙΝ
ΑΛΛΑΜΕΝΤΩΙΤΑΥΤΗΝΤΗ
ΝΟΣ ΝΟΣΟ ΝΤΙΑΛΛΑΔΕ
ΤΩΙ ΗΝΚΑΙΑΛΛΑΜΕΝ
ΤΩΙ ΥΝΑ ΝΕΧ
ΤΙ ΔΕ Ν
Τ

ΤΑ ΓΟΝ
ΑΥΤ ΝΚΑΙΕΠΙ
ΤΩΝΠΡ Ο ΔΕΓΑΡ
ΕΝΤΑΥΘ Τ ΥΤΑ
ΣΥΜΦΕ ΕΣ ΙΝΑΛ
ΛΑΛΛΟΙΣΑ ΩΣΔΟ
ΞΑΖΟΜΕ ΝΤΑΑΛΛΑ
ΚΑΤΑΤΗ ΡΑΝΚΑΙ
ΤΗΣΦΥΣ ΤΟΥΚΑΙ
ΤΩΝ ΒΕΒΗΚΟΤΩΝΤΟ
ΔΗΠΑΝΤΑΑΦΕΝ ΤΑΣΤΑΤΟΙ
ΑΥΤΕΜΠΟΔΩΝΟΝΤΑΠΑ
ΣΙΝΚΑΧ ΩΜΕΝΩΝΟΥΜΟ

COL. XVIII

Gio. B.a Malesci dis. Carlo Oratj inc

COLUMNA XVIII.

οντων, τις, ω ανθρωπε, εστιν ταυτα λεγων καθ' αὑτα, ὡσπερ ἁ συ προφερεις; Η ουδ' εκεινον αν φησει, ὁτι και επι του σωματος αυτου αλλα μεν τω νοσουντι, αλλα δε τω ὑγιαινοντι συμφερει, και αυτων τουτων παλιν αλλα μὲν τω ταυτην την νοσον νοσουντι, αλλα δε τω αλλην, και αλλα μεν τω τον συνοχον εχοντι, αλλα δε διαλειποντα πυρετον, και ὁυτως εστι κατα παντα. Εδει ουν λογον αυτον εμβαλειν και επι των πραξεων· ουδε γαρ ενταυθα πασιν τ' αυτα συμφεροντα εστιν, αλλ' αλλοις αλλα, ουδ' ὡς δοξαζομεν, ἁπαντα, αλλα κατα την διαφοραν και της φυσεως ἑκαστου, και των συμβεβηκοτων. Το δη παντα αφεντας τα τοιαυτ' εμποδων οντα πασιν, καγχαλωμενων ου μο-

referantur, quisnam, o homo, est, qui haec per se esse talia adserat, quemadmodum ea sunt, quae tu profers? An non illud dicet, quod *scilicet* etiam in corpore ipso alia quidem infirmo, alia autem sano prosunt; et horum ipsorum rursus alia quidem ei, qui hoc morbo laborat, alia vero ei, qui alio; et alia quidem febrem continuam habenti, alia vero intermittentem; atque ita est de omnibus. Oportebat itaque eumdem sermonem iniicere etiam de actionibus; non enim heic omnibus eadem utilia sunt, sed aliis alia; neque omnia *ita sunt*, ut putamus; sed secundum diversitatem tum naturae cuiusque *hominis*, tum adcidentium. ¶ Profecto quod *homines*, qui haec omnia non considerant, quae omnibus obvia sunt, non modo dum plaudunt

CAP. XII.

Quam male se gerant, qui haec non perpendentes, alios contemnunt.

Lin. 5. et seqq. ὁτι καὶ επι του σωματος κ. λ.). Planissima lectio, et sensus luculentissimus; insignis enim Medicorum haec sententia fuit. *Oportet copiam quoque Compositionum selectam habere. Quoniam re vera quaedam quibusdam magis, et non omnes omnibus conveniunt, propter differentiam scilicet corporum.* Scribon. Larg. *Epist. ad C. Iul. Callistum* pag. 6. *Patavii* 1655. Consonant recentiores: *inter omnis generis remedia*, inquit Hoffmannus, *sive diaetetica, sive pharmaceutica, quibus in medendo utimur, nullum dari, cui vel sanitatem conservandi, vel amissam restituendi vim ab eorum natura absolute dependentem adsignamus. De Medic. simpliciss. et optima. Opp.* T. V. p. 335. *Genevae* 1748.

Lin. 13. et seq. τω τον συνοχον κ. λ.). Ex Medicorum penu verba depromsimus: novimus enim inter febrium differentias eam esse, quam inter πυρετον συνοχον, *continuam*, et διαλειποντα, *intermittentem* statuerunt. Multus est Galenus in earum distinctione tradenda tum in Tractatu *de Febribus* Lib. II. Cap. 2. tum in *Comment. in Lib. I. Epidem. Hippocratis* Cap. 3. Quod autem earum curatio pro diverso huiusmodi morborum genere diversa esse debeat, probatione non eget. Patet itaque supplementi, litterulis adhuc prostantibus consentanei, ratio minime, nisi fallimur, spernenda. Quae sequuntur, tametsi hariolando iniecta, sermonem tamen non abruptum, et a proposito argumento minime aberrantem videntur conficere. Haec si respues, lector, audaciam potius nostram, quam negligentiam profecto notabis.

Lib. 16. et seq. λογον αυτον εμβαλειν). Invenimus hanc φρασιν apud Herodotum, et Platonem: quod si aliud verbum, uti ποιειν, προσφερειν, εμπιπτειν, vel aliud legere amas; modo interstitiolo adcommodes, minime intercedemus. Refinximus autem πραξεων, quia honestas, ac turpitudo ad actiones adtinet, ut docet Plato: κατ' αγαθου πραξιν . . . . καλον αυτο προσειπας, *quatenus bona est actio, honestum adpellaveris. Alcibiad.* T. II. p. 115. et καλοιης και τας των αγαθων ποιησεις, πραξεις, *vocare posses bonorum adfectiones, actiones. Charmid. ibid.* p. 163. Aristoteles pariter inquit: ουδ' ἡ αυτη πραξις, και μια τω αριθμω εσται φαυλη, και σπουδαια, *neque eadem, et una numero actio erit vitiosa, et honesta. Categor. De Substant.* p. 24. *Opp.* T. I. *Genevae* 1597.

Lin. 19. et seq. τ' αυτα συμφεροντα εστιν). Polystratus *utiles res*, quas heic legendas duximus, idcirco memorare videtur, quia utilitatem iusti normam statuerat eius Institutor. Ad hanc utique impiam, stultamque opinionem pertinet illud Venusini Vatis:

Atque ipsa utilitas, iusti prope mater, et aequi.

Satyr. L. I. Sat. 3. v. 98. Verba autem ipsius Epicuri haec sunt: Το της φυσεως δικαιον, εστι συμβολον του συμφεροντος, εις το μη βλαπτειν αλληλους, μηδε βλαπτεσθαι. *Quod naturae iustum est, habet pro signo utilitatem, ut neque invicem laedamus, neque laedamur.* Laërt. L. X. segm. 150. Adversus huiusmodi deliramenta scripsit Tullius: *Lex est ratio summa, insita in natura, quae iubet ea, quae facienda sunt, prohibetque contraria . . . De lege ducendum est Iuris exordium. Ea est enim naturae vis, mens, ratioque prudentis: ea Iuris, atque iniuriae regula. De Legibus* L. I. num. 19.

Lin. 25. συμβεβηκοτων). Frequentissima vox apud Philosophos, praesertim ubi agitur de adtributis, vel adcidentibus quae ad hominem pertinent. Aristot. *Categor. De Relatis* p. 131. *Genevae* 1597. Philo: *Vita Mosis.* L. I.

Lin. 28. καγχαλωμενων). Num ita legendum sit, an potius καγχωμενων, non satis liquet; papyri enim rugae utrumlibet extra dubitationis aleam non ponunt. Verumtamen utrumque verbum habet Hesychius h. v. et *risui* significando inservire testatur. At si eligas, quod nos elegimus, intelliges *risum* laetitia excitatum, quo plaudentes delectantur: et certe hunc suis animadversionibus, et doctrinis vindicat Noster. Si vero mavis καγχωμενων, interpretaberis *cachinnum,* quo Adversariorum sententias excipi a *ceteris* hominibus ipse adfirmat: sed id συνταξις, et contextus sermonis durius ferent.

ΝΟΝΤΩΝΛΟΙΠΩΝΑΝΘΡΩ
ΠΩΝΕΝΤΩΙΝΩΙΠΑΣΙΝ
ΤΟΙ ΤΟΙΟΥΤΟΙΣΑΛΛΑΚΑΙ
ΑΥΤΩΝΤΩΝΑΠΡΟΕΙΠΤΟΝ
ΔΙΑΛΕΓΟΜΕΝΩΝΑΦΕΝΤ
ΤΑΥΤΑΠΕΙΡΑΣΘΑΙΤΟΥΣ
ΠΟΛΛΟΥΣΕΛΕΓΧΕΙΝΟΙΣ
ΟΥΘΕΝΔΙΕΠΙΠΤΟΝΚΑΙΑ
ΞΙΟΥΝΠΑΣΙΝΤΑΥΤΑΕΙ
ΝΑΙΑΙΣΧΡΑΚΑΙ ΑΛΛΑΚΑΙ
ΕΠ Δ ΟΥΧΥΠΑΡΧΕΙΤΟΥ
Τ ΔΩΣΗΔ Φ ΕΙΝ
ΟΥΚ Α ΑΤ ΑΝ
Τ

Τ ΙΤΟΙΣ
ΤΩ ΩΝ ΚΑΙΑΥΤΟ
ΘΡΑ ΣΘΑΙΚΑΙΑΛΛΟΥΣ
ΠΑΡΟ ΥΝΕΕΙΝΕΠΙΤΟΜΗ
ΘΕΝΕΤΙ ΟΥΤΩΝΑΤΟΣ
ΠΩΝ ΟΜΙΖΟΜΕΝΩΝ
ΘΑΡΡΟ ΝΤΑΣΠΡΑΤΤΕΙΝ
ΚΑΤΑΝΟΕΙΤΙΝΥΠΕΡΒΟ
ΛΗΝΑΝΟΙΑΣΕ Ε ΚΑΙΠΩΣ
ΕΙΚΟΣΤΟΥΣΤΟΙΟΥΤΟΥΣ
ΠΑΝΤΑΣΑ ΑΛΛΑΤΤΕΙΝ
ΕΝΤΩ ΒΙΩ ΤΙΝΑΠΙΣ
ΤΙΝΕΧΕΙΝΤΩΝΠΡΑΤ

COL. XIX

Gio. B.a Malesci dis.   Carlo Oratij inc.

COLUMNA XIX.

νον των λοιπων ανθρωπων εν τω νω πασιν τοις τοιουτοις, αλλα και αυτων των, ἁ προειπον, διαλεγομενων, αφεντας ταυτα, πειρασθαι τους πολλους ελεγχειν, εν οἱς ουθεν διεπιπτον, και αξιουν πασιν τ' αυτα ειναι αισχρα, και καλα, και επειδη ουχ ὑπαρχει τουτο, ψευδως ηδη φασκειν ουκ οντα κατ' αληθειαν ευηθες εστι, και αλογον. Προσετι δε τινα επι τοιουτων παντων και αυτον θρασυνεσθαι, και αλλους παροξυνειν επι το μηθεν, ὁτι τουτων ατοπων νομιζομενων θαῤῥουντας πραττειν κατανοει, τιν' ὑπερβολην ανοιας εχει. Και πως εικος τους τοιουτους παντας απαλλαττειν εν τω βιω, και τινα πιστιν εχειν των πρατ-

ceteri homines in mente sua omnibus huiuscemodi *animadversionibus*, sed et ea, quae ego ante exposui, disputant; quod, *inquam*, qui haec non considerant, multos redarguere conentur in iis, in quibus isti minime errarunt; et censeant eadem omnibus esse turpia, et honesta; et falso utique adserant, quod si non ita res se habet, *honesta, et turpia* re vera non existerent; stultum, et contra rationem est. Quod vero aliquis insuper pro huiusmodi rebus et ipse audacter loquatur, et alios inritet ob rem nullius momenti; quia *videlicet* eos, quum ista censeant esse absurda, cum fiducia agere perspicit; id ad nimiam stultitiam pertinet. Et quomodo verisimile est, quotquot sunt huiusmodi homines, recte se gerere in vita, et fiduciam aliquam habere rerum agendarum

Lin. 12. et seq. ψευδως ηδη φασκειν ουκ οντα κατ' αληθειαν). Nusquam tutius verba supplevimus, quam heic loci, ubi adparent vestigia loquutionis nuper evidentius adhibitae Tab. XVII. lin. 20. et 26.

Lin. 14. ευηθες εστι, και αλογον). Num haec verba, an alia idem sonantia, et fortasse in alterum etiam versiculum producta, heic desiderentur, pro certo quis adseverarit? Nos vero coniecimus duas voces praecipue legendas, quae periodum, sensumque complerent, et Auctori familiares viderentur. Profecto ipse ευηθες adhibuit Tab. XVI. lin. 24. atque ευηθεισοντες Fragm. Tab. III. n. 9. Ad αλογον quod adtinet, in ipso libri Titulo περι αλογου καταφρονησεως prostat, et mox Tab. XXII. n. 9. θρασυνομενους αλογως, atque tab. XXIII. lin. 26. legitur αλογως θρασυνεσθαι.
Lin. 16. παντων). Quum ad ανακεφαλαιωσιν properet Polystrati lucubratio, heic complectitur utramque eius partem; nimirum quae de somniis, quaeque de honestate in medium protulerat. Non temere idcirco το παντων supplevimus, ut *omnia*, quae dixerat, comprehensa intelligantur.

Lin. 17. et seqq. αλλους παροξυνειν επι το μηθεν). Epicureos intellige. *Epicurus* enim *male audiit*, uti Cicero testatur; siquidem *ex hara productus, non e schola* videbatur. *In Pisonem* C. XVI. Quare adversus eius disciplinam tum coaevi, tum recentiores non pauca σκωμματα scripserunt. Ipse utique non obscure dixerat, sed alta voce praedicaverat: *quod bonum sit, nullum agnosco, praeter voluptatem ex gustu, et Venere.* Athen. *Dipn.* L. VII. c. 5. Iam vero eius Sectatores Magistri δογματα, quae in bonam fortasse partem adcipi poterant, tali sensu adcipientes, ut omnem pietatem, morumque regulam radicitus evellerent, omnium odium, et contemtum meruerunt. Quare Flaccus ita cecinit:

Me pinguem, et nitidum bene curata cute vises,
Quum ridere voles, Epicuri de grege porcum.

Epist. Lib. I. *Epist.* IV. vers. 15. et seq. Tullius etiam modo ait: *Epicureorum Philosophia suscipit patrocinium voluptatis. De Oratore* num. 60. modo addit: *et queruntur quidam Epicurei .... me studiose dicere contra Epicurum. Tuscul.* Lib. III. num. 60. Quae quum ita se haberent, ob frequentiora convicia, quibus impetebantur, merito dicuntur a Polystrato παροξυνεσθαι, et merito de hoc queritur Philosophus Epicureus.

Lin. 25. et seq. απαλλαττειν εν τῳ βιῳ.). Verbum neutra significatione sumsimus pro ευ πραττειν, adverbio subaudito. Frequenter enim in Graecis Scriptoribus αριστα, καλως, aut κακως, χειρον, πονηρως απαλλαττειν. Quod si placeat explicare, *quomodo verisimile est omnes huiusmodi homines liberari*, aut *defungi in vita?* interpretationem Lexicographi obfirmabunt.

Lin. 26. et seqq. τινα πιστιν εχειν των κ. λ.). Quum apud Plutarchum το πιστιν εχειν significet, *fiduciam habere*, ita Polystrati verba interpretati sumus: praesertim quum saepe adfirmet Epicurus homines superstitionibus deditos, dubitatione perpetua, et anxietate vexari, ac propterea *rerum agendarum fiduciam non habere.* Vide Laërtium L. X. segm. 78. et seqq. praecipue vero in *Ratis Sententiis*, ubi ασφαλεια εκ της ἡσυχιας, και εκ χωρησεως των πολλων, *securitas ex quiete, et abdicatione multarum rerum* promittitur. Num. XIII. et seq. Quapropter ita potius vertimus, quam *fidem habere;* tametsi nos minime lateret isto etiam sensu το πιστιν εχειν, vel de persona, cui creditur, vel de re, quae creditur, passim usurpari.

ΤΟΜΕΝΩΝΠΙ ΡΑΥΤΩ
ΠΑΝΓΑΡΤΟΤΟΙΟΥΤΟ Α
ΓΜΑΤΩΝΛΟΓΩΝΣΥΝΟ
ΡΩΝΤΑΣΜΕΤ ΤΩΝΠΡ ΕΙ
ΡΗΜΕΝΩΝΣΠΟΥΔΑΣΤΕ
ΟΝΠΕΡΙΦΥΣΙΟΛΟΓΙΑΝΤΑ
ΜΗΘΕΝΙΤΩΝΠΡΟΕΙΡΗΜΕ
ΝΩΝΕΝΕΧΩΜΕΘΑ ΚΑΙ
ΓΑ ΠΕΡΙΕΝΥΠΝΙΩΝΤΕ
Κ ΝΕΠΑΝΩΕΙΡΗΜ
ΝΩΝΑΠΑΝΤΩΝΚΑΙΠΕ
ΡΙΩΝΕΝΑΡΧΗ ΛΕΓΟΜΕΝ
ΩΣ
Α

ΚΑΙ
ΗΜ
Η
ΔΕΧ
ΤΗΓ
ΘΑΙΓ
ΟΥΘ
ΝΑΙΣ
ΛΟΥ
ΕΥΔΑΙΜΟΝΑΚΑΙ
ΠΑΝΤΟΣΚΑΙΕΠ
ΝΟΝΠΕΡΙΟΑΝ
ΣΕΙΕΝΕΙΝΑΙΟΥ

COL. XX

Gio. B.ª Malesci dis. Carlo Oratij inc

COLUMNA XX.

τομενων παρ᾽ αυτων;
Παν γαρ το τοιουτο τα-
γμα των λογων συνο-
ρωντας μετα των προει-
ρημενων σπουδαστε
ον περι Φυσιολογιαν, ἵνα
μηθενι των προειρημε-
νων ενεχωμεθα. Και
γαρ περι ενυπνιων τε,
και των επανω ειρημε-
νων ἁπαντων, και πε-
ρι ὧν εν αρχῃ ελεγομεν,
ως αληθως, ου δει ταραττ-
[illegible] . . . .
. . . .
. . . . [illegible]
ναις διδαχαις τις ὁ ακο-
λουθων εχοι αν τον βιον
ευδαιμονα κατα κακου
παντος, και επιχαιρομε-
νον, περι ὃ αν τις ζητη-
σειεν ειναι. Ου γαρ τα-

CAP. XIII. Felicitatem sua dogmata sequentibus promittit.

ab ipsis? ¶ Oportet enim, ut nos, qui totum huiusmodi sermonum nexum cum praedictis *doctrinis* conspicimus, sedulam Physiologiae operam navemus; ne quo praedictorum *errorum* implicemur. Etenim de somniis, et rebus omnibus nuper expositis, et de iis, quae in principio diximus vere non oportet turbari . . . .
. . . .
hasce doctrinas quisquis sequatur, utique obtinere poterit vitam felicem adversus omnia mala, et gaudentem de quacumque re quis optaverit gaudere. Non enim iterum

ADNOTATIONES.

Lin. 11. et seq. *και περι ὠν εν αρχῃ ελεγομεν*). Quid in Operis principio dixerit, absumtis papyri prioribus pagellis, prorsus nos latet; et nisi ad coniecturas confugiamus, expiscari non possumus. Fuit certe, ut ex hoc loco eruitur, aliquid ab iis, quae de somniis, et de actionum honestate nuper concinnavit, diversum: sin minus, frustra heic subdidisset: *et de iis, quae in principio diximus.* Alias nimirum Epicureorum sententias a populari obtrectatorum contemtu vindicare sategit: harum vero non paucae omnium pene philosophorum *σκωμματα*, ut notum est, excipiebant. Nihil autem prohibet, quin in re tam dubia nostram opinionem intra probabilis coniecturae cancellos edamus; atque ita ea, quae in Praefatione innuimus, explicentur. Si Fragmenta perlustremus, quae quidem ad Operis principium propius adcedunt; omnia profecto eo intendere videntur, ut vulgi opiniones de variis naturalium virium effectibus, ac terrores, prognostica, et signa inde deducta, et Numinum fictorum timor funditus convellantur. Relege praesertim, quae num. 3. 6. et seqq. exhibuimus. Quod si plures in principio paginas periisse non temere antumamus, aliam quoque Epicuri sententiam a populi obtrectationibus fuisse vindicatam nemo fortasse diffitebitur. Nimirum quum Polystratus in Sermonis peroratione id, veluti totius Operis fructum, conligat, ut tranquillam, et quibuscumque perturbationibus immunem agamus vitam, atque hanc ipsam ob caussam se alium quoque *Sermonem* conscripsisse testetur; verisimile videtur eum etiam suos Discipulos defendisse, quod ab Rep. administranda abstinendum censerent. Profecto hanc Epicurus sententiam ad beatam vitam homines ducere praedicabat; hanc etiam a multis et reprobatam, et contemtam fuisse aequus lector in dubium haud revocabit. Haec autem placuit Epicureis, quorum nonnulli *viri optimi* a Cicerone vocantur, *Tusc.* Lib. III. cap. 21: immo etiam *invitis popularibus*, ut loquitur Seneca *De Vita Beata* Cap. XIII, huiusmodi *sententia laudabatur.* Epicurus nimirum censebat sapientem *πολιτευεσθαι* non oportere, *ουδε πολιτειας ἁψασθαι*, uti testatur Laërtius Lib. X. segm. 10. et 119. Idem quoque de eo perhibent Cicero *Epist.* Lib. VII. *Epist.* 12. Plutarch. *Vita Pyrrhi* pag. 395. T. I. *Francof.* 1599. et Seneca *De Otio Sapientis* Cap. XXX.

Lin. 16. et seqq. *εκειναις διδαχαις κ. λ.*). Pauculis inhaerentes elementorum vestigiis id posuimus, quod sequentibus viam sternere perspeximus. Plutarchus Epicuro tribuit, quod suas doctrinas sectantibus iucundam, beatamque vitam spoponderit: ita ut ad id confutandum conscripserit librum, cui titulus: *Quod non vivitur iucunde secundum Epicurum. Opp.* T. II. p. 1086. et seqq. Laërtius hoc quoque eius effatum posteris tradidit: *κἀν στρεβλωθῃ ὁ σοφος, ειναι αυτον ευδαιμονα, tametsi torqueatur sapiens, eum futurum nihilominus felicem.* L.X. segm.118.

Lin. 18. et seqq. *τον βιον ευδαιμονα κατα κακου παντος*). Id Polystrato *ὁ βιος ευδαιμων*, quod *ὁ βιος μακαριος* Aristoteli *Ethic.* L. X. c. 8. Hanc vitam Epicurus identidem suis adseclis promittebat, quam Polystratus heic recte promissam, et impletam profitetur, uti etiam ex *αντιθεσει* in sequentis pagellae initio perspicienda eruimus. Nimirum quid *τον ευδαιμονα βιον* ex Epicuri mente praestet, habes apud Sextum Empiricum *Contra Mathematicos* L. XI. p. 720. *Lipsiae* 1718. Nos vero supplevimus *κατα κακου*, quia *mala* averruncando ad felicitatem contendi is ipse docuerat. Vide Laërt. L. X. segm. 117. et seqq. Praecipue in Epistola ad Menoeceum totus in hoc est, ut quid de *αγαθῳ, και κακῳ* sentiendum sit, et quomodo illo potiri, et hoc carere possimus, enucleet, segm. 124. et seqq.

Lin. 20. et seqq. *και επιχαιρομενον κ. λ.*). Duae sunt *ευδαιμονιας, felicitatis*, partes; altera, ut animus malis careat; altera, ut votorum suorum compos fiat. Quae Plato *De Rep.* L. IX. *Opp.* T. II. p. 581. et seqq. *edit. Steph.* atque apud Diogenem L. III. segm. 89. adseverat ad felicitatem requiri, certo certius ad duo ista facili negotio reduci possunt. Utrumque promittit Epicurus, adeoque eius fidus Achates, nisi in verbis supplendis falsi sumus, post promissam a malis immunitatem, addit etiam bonorum, quaecunque optantur, pollicitationem. Nec desunt ad rem Epicuri verba: *ἡ ευδαιμονια, οἱα εστι περι τους ανθρωπους, εχει και προσθηκην, και αφαιρεσιν ἡδονων, felicitas, qualis esse potest inter homines, adiectionem, et detractionem voluptatum admittit.* Laërt. L. X. segm. 121. Et paullo post subiicit: *των επιθυμιων αναγκαιων αἱ μεν προς ευδαιμονιαν εισιν αναγκαιαι, αἱ δε προς την του σωματος αοχλησιαν, αἱ δε προς αυτο το ζην εστιν. Cupiditatum, quae necessariae sunt, nonnullae quidem ad felicitatem, aliae vero ad corporis tranquillitatem, aliae denique ad vitam ipsam pertinent.* segm. 127.

ΛΙΝ … ΝΕΧΟΜΕ…ΟΥϹ
ΤΟΙϹΚΑΤΑ…ϹΑΒΕΛΤΕΡΟΥϹ
ΔΟΞΑ…ΑΚΟΛΟΥΘΟΥΝ…ΑϹ
Π…Η…ΕΙΓΙΝΕϹΘΑΙΜΕΤΑ
ΤΗ…ΝΠΟΛΛΩΝΑΝΟΙΑϹ
ΑΛΛΑ…ΥΒΟΝΑΛΗΘΙΝΩϹΚΑΙ
…ΔΥΝ…ΜΠΑϹΙΝΕΙΝΑΙ ΕΓΓΑΡ
ΤΑΥΤΗ…ΜΟΝΗϹΤΟΘΑΡΡΕΙΝ
ΒΕΒΑΙΩϹΚΑΙΑΜΕΤΑΠΤΩΤΩϹ
ΓΙΝΕΤΑΙΚΑΙΚΑΤΑΦΡΟΝΕΙΝ
ΠΑ…ΙΝΚΑΙΓΕΛΑΝΑΛΗ…ΝΩϹ
ΕΠΙΤΟΙϹΑΒΕΛΤΕΡΩϹΚΑ…ΚΕ
ΝΩ…ΠΟΑΝΟΗΤΩΝΑ…
…ΤΑ

ΑΝ … ϹΠ.
Ι…ΑϹ. … ΕΛ…Κ
ΕΙϹΤ…ΝΤΩΝΠΟΛΛΩΝΠΑ
ΛΙΝ…ΑΙ…ΝΟΗΤΩΝΑΓΝΟΙ
ΑΝΗ…ΝΦΥΓΕΙΝϹΕΜΝΟΝ Κ
ΚΑΙΟΥΘΕΝΙϹΥΜΒΑΗ…Ν
ΤΩΝΛΟΙΠΩΝΠΕΡΙΑϹΠΕΥ
ΔΟΥϹΙΝΑΝΘΡΩΠΟΙ ΟΥ
ΘΕΙϹΠΑΡΑΝΑΞΙΩϹΤΩΙΛΟ
ΓΩΙΔΙΕ…ΕΛΘΟΙΤΑΓΙΝΟΜΕ
ΝΑΔΑΥΤΩΝΔΥϹΧΕΡΗΤΩΙ Η
ΒΙΩΙΩϹΕΠΑΥΤΑΤΑΠΑΘΗ
ΝΟΝ
ΚΑΙΤΑϹΥΜΒΑΙΤΕΠΙϹΤΗ
ϹΑϹΤΗΝΔΙΑΝΟ ΑΝΚΑΤΑ

COL. XXI

Gio. Bª. Malesci dis. Carlo Oraty inc

COLUMNA XXI.

λιν κακοις συνεχομενους, τους κατα τας αβελτερους δοξας, ακολουθουντας ποιησει γινεσθαι μετα της των πολλων ανοιας αλλ' αθορυβον αληθινως, και ἡδυν εμ πασιν ειναι. Εγ γαρ ταυτης μονης το θαρρειν βεβαιως, και αμεταπτωτως γινεται, και καταφρονειν παλιν, και γελαν αληθινως επι τοις αβελτερως, και κενως ὑπο ανοητων λεγομενοις. Παντα δε τα ὑπεναντια τουτοις πολλακις τας ψυχας εληλακεν εις την των πολλων παλιν, καί ανοητων αγνοιαν, ἡν φυγειν σεμνον, και ουθενι συμβλητον των λοιπων, περι ἁ σπευδουσιν ανθρωποι. Ουθεις γαρ αν αξιως τῳ λογῳ διεξελθοι τα γινομενα δι' αυτων δυσχερη τῳ βιῳ, ὡς επ' αυτα τα παθη, και τα συμβαινοντα επιστησας την διανοιαν κατα-

obnoxios malis, quae stultas opiniones comitantur, sectatores suos esse faciet cum vulgi amentia; sed *vitam* tranquillam vere, et laetam in omnibus esse. Etenim ex hac sola *Physiologia* fit, ut *homo* firme, constanterque confidat, et praeterea adspernetur, derideatque ea, quae stulte, et vane ab ignaris dicuntur. ¶ Omnia vero his contraria saepe animos adduxerunt rursus in vulgi, et quidem ignari inscitiam; quam fugere honesta res est, nec comparanda cum aliqua ceterarum, de quibus solliciti sunt homines. Nemo enim digne poterit sermone persequi molestias, quae per illos errores vitae adferuntur; uti ad ipsas animi perturbationes, earumque eventus mentem intendens

CAP. XIV.

Quibus incommodis afficiantur homines huius doctrinae ignari.

ADNOTATIONES.

Lin. 1. κακοις συνεχομενους). Ita vocat Epicurus, quos vulgi opinionibus deceptos traducit. Mox eosdem dicet επισωρευοντας αὐτοις κακα Tab. XXIII. lib. 6. atque ipsorum deceptionem παντων αρχηγον κακων nuncupabit lin. 14. Epicurus χρωμεθα κακῳ, η αγαθῳ, *utentes bono, aut malo,* ait apud Diogenem L. X. segm. 130, et παν αγαθον, και κακον segm. 124. Porro huc transtulimus verbum συνεχομενους ex Tab. XXII. lin. 10. ne quid temere intrusisse videremur.

Lin. 8. ταυτης μονης). Ad Physiologiam has voces pertinere putamus; eam quippe paullo ante memoravit, ac de ipsa Epicurus non minus magnifice loquitur, quam Polystratus. Hic enim Physiologiam superius Tab. V. et seq. admodum commendarat: ille autem non modo eam inculcavit discipulis, sed et pro *suspicionum, perturbationum, timorum, et cupiditatum* remedio adhibendam proposuit: quae si non adessent, ait, ουκ αν προσεδεομεθα Φυσιολογιας, *certe non egeremus Physiologia.* Laërt. L. I. segm. 142. Immo πολλοις και αλλοις χρησιμην.... Φυσιολογιαν γνησιον, *aliis atque aliis utilem genuinam Physiologiam* esse adfirmavit segm. 85. et quomodo isthaec habeatur, docuit tum ad Herodotum, tum ad Pythoclem scribens segm. 76. 78. 86.

Lin. 14. et seqq. Παντα δε τα ὑπεναντια κ. λ.). Nihil nobis hoc supplemento probabilius occurrit, ut integram lectori paginam proferremus, totaque lacuna oppleretur. Neque enim litterulas tantum, sed Epicuri etiam tum verba, tum sententias observantes, pervidimus heic de damnis agi, quae ex *contrariis* doctrinis oriri iste pronunciaverat. Etenim quod ad verba ὑπεναντιας βουλησεις, πραξεις, αιτιας scripsit Epicurus. Laërt. L. X. segm. 81. praeterea ανθρωπινας ψυχας, *humanos animos* dixit *ibid.* Denique τας δοξας εξελαυνων, αφ' ὡν πλειστος τας ψυχας καταλαμβανει θορυβος, *opiniones expellens, per quas animos maximus occupat tumultus,* legitur *ibid.* segm. 132. Sententias vero consonas reperies segm. 87. 116.

Lin. 20. et seqq. και ουθενι συμβλητον κ. λ.). Versionem nostram libens volensque sequetur, quisquis amplissimas noverit tributas sapientiae laudes tum ab Epicuro, tum praecipue ab Stoicis. Vide Laërtium L. VII. segm. 121. et seqq. Stobaeum *Eclog.* Serm. XXV. Consule etiam, si vacat, Lipsium *Manuductio ad Phil. Stoic.* L. II. c. 8. et seqq. Epicurus etiam non pauca de Sapiente praedicavit apud Laërt. L. X. segm. 117. et seqq. quin immo hoc tradidit in *Ratis Sententiis* segm. 143. Porro τῳ συμβλητῳ Polystrati respondet Epicuri ασυμβλητον segm. 83. Denique Virgilius, quem ex Epicuri scitis plura sumsisse non uno loco observavit Servius, sic cecinit *Georg.* L. II. v. 490. et seqq.:

Felix, qui potuit rerum cognoscere caussas,
Atque metus omnes, et memorabile fatum
Subiecit pedibus, strepitumque Acherontis avari.

Lin. 25. δη αυτων δυσχερη). In pagella dextrorsum vides H, eique imminet lineola, cui simillimam alteram in eodem versiculo post Δ conspicis. Id nobis argumento fuit litteram Simonideam huc esse inserendam: et sensus huiusmodi lectionem potius patiebatur, quam eadem vocali carentem. At si pro ΔH corrigas ΔI, sensum planiorem excudes, neque nostram interpretationem improbabis.

Lin. 26. αυτα τα παθη κ. λ.). Animi perturbationes praecipuos esse ignorantiae effectus tum Stoici, tum Epicurei docuerunt. Inter utrosque autem id praecipue interfuit, quod illi omnes omnino evellendas, quia σοφος απαθης εστιν, Laërt. Lib. VII. segm. 117. hi autem eas tantum esse tollendas, quae ex male intellectis meteoris gignuntur. Porro Epicurus scripsit *apud eumdem* L. X. segm. 78. et seqq. 85. et seqq. 142. τα ὑπαρχοντα παθη et in Epist. ad Herodotum segm. 38. et παθεσι μελλειν συσχεθησεσθαι, *perturbationibus obnoxium futurum* segm. 117.

ΝΟΗϹΑΙΑΝΤΑΤΕ ΟΙΠΑΚΑΙ
ΩϹϹΧΕΤΛΙΟΝΜΕΝΤΟΘΡΑ
ϹΥΝΑΜΕ ΝΟΥϹΑΛΟΓΩϹΤΟΙϹ
ΠΡΟΕΙΡΗΜΕΝΟΙϹΠΕΡΙΠΕΙ
ΤΕΙΝ ϹΧΕΤΛΙΟΝΔΕΚΑΙΤΟ
ΤΑΙϹΠΑΡΑΔΕΔΟΜ ΝΑΙϹΕΙ
ΚΕΙΔΟΞΑΙϹΔΟΥΛΕΥΟΝΤΑ
ΖΗΝ ΠΟΛΛΑΙϹΜΕΝΕΞΑΥ
ΤΩΝΤΑΡΑΧΑΙϹΚΑΙΕΠΙΘΥ
ΜΙΑΙϹϹΥΝΕΧΟΜΕΝΟΥϹΠΟΛ
ΑΙϹΔΕΚΑΙΠΑΝΤΟΔΑΠΑΙϹ
ΠΟΤΟΥΤΩΝΕΝΕΙΓΕΙΑΙϹ
ΑΙΠΡΑΞ ϹΙΒΛΑΒΕΡΑΙϹΕ
ΙΤΙΘΕΜ ΟΥ

Ρ ΓΟΜΕΝ Ι ΗΝ
ϹΔΕΚΑΙΜΕΤΑΧΙ ΜΕ
ΝΟΥϹΕΝΠΑϹΙΝΚΑΙΠΟΛ
Λ ϹΚΑΙΤΩΝΛΟΙΠΩΝΑΝ
ΘΡΩΠΩΝΕΠΑΤΟΝΤΑϹΑΥ
ΟΙϹΟΧΛΗ ΕΙϹΑΦΩΝϹΥΜ
ΒΑΙΝΕΙΔΙΑΒΙΟΥΧΕΙΜΑΖΟ
ΜΕΝΟΥϹΗΚΑΘΕϹΤΗΚΟΤΑϹ
ΓΕΕΝΥΠΟΨΙΑΙϹΜΗΔΕ
ΠΟΤΕΤΟΥΖΗΝΟΝΗϹΙΝ
7ΜΗΔΑΠΟΛΑΥϹΙΝΛΑΜΒΑ
ΝΕΙΝΑΛΗΘΙΝΗΝΑΛΛΕΞΑ
ΧΘΗΝΑΙΠΡΟΤΕΡΟΝΕΚΤΟΥ
ΖΗΝΠΟΛΛΑΤΑΛΑΙΠΩΡΗ

7ΛΑΒ ΛΛΗΘΙ

COL. XXII

Gio. B.a Malesci dis.   Carlo Oraty inc.

COLUMNA XXII.

νοησαι αν τα τε λοιπα, και ὡς σχετλιον μεν το θρασυνομενους αλογως τοις προειρημενοις περιπιπτειν· σχετλιον δε και το ταις παραδεδομεναις εκει δοξαις δουλευοντας ζην, πολλαις μεν εξ αυτων ταραχαις, και επιθυμιαις συνεχομενους, πολλαις δε, και παντοδαπαις ὑπο τουτων ενεργειαις, και πραξεσιν βλαβεραις επιτιθεμενους, πως μεν παραγομενους εις απατην, πως δε και μεταχρουμενους εν πασιν, και πολλας και των λοιπων ανθρωπων επαρτωντας αὐτοις οχλησεις· αφ᾽ ὡν συμβαινει δια βιου χειμαζομενους, η καθεστηκοτας γε εν ὑποψιαις, μηδεποτε του ζην ονησιν, μηδ᾽ απολαυσιν λαβειν αληθινην, ἀλλ᾽ εξαχθηναι προτερον εκ του ζην πολλα ταλαιπωρη-

ligere poterit tum reliqua, tum quam misera quidem res sit, ut homines temere de praedictis *erroribus* se iactantes, *in mala* incidant; quam misera autem, ut etiam opinionibus ibi conceptis inservientes vivant; dum ob eas quidem multis perturbationibus, et cupiditatibus premuntur; propter istas autem multis, atque omnigenis motibus, actionibusque noxiis incumbunt; tum quia in deceptionem abducuntur, tum quia et transfigurantur in omnibus, et multas ceterorum etiam hominum sibi imponunt perturbationes: ob quas evenit, ut per vitam iactati, aut in suspicionibus constituti, numquam verum vitae fructum, ac voluptatem ceperint; sed citius e vita eiecti sint, quum multa mala toleraverint

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seq. *το θρασυνομενους αλογως τοις προειρημενοις περιπειπτειν*). Diphthongum, ut alibi adnotavimus, pro simplici *ι* heic adhibitam vides. Quo autem referantur *τα προειρημενα*, num intelligat *θρασυνομενους τοις προειρημενοις*, an potius *τοις προειρημενοις περιπειπτειν*, sub iudice lis est. Si alteram hanc interpretationem seligas, *mala modo recensita* intelligas oportet, in quae homines vulgi erroribus abreptos *incidere* dicit. Ita *περιπιπτειν κακοις, ζημιαις, συμφοραις, αισχυναις*, passim legitur apud Thucydidem, Isocratem, Demosthenem, aliosque. Si vero priori adhaereas, quam et nostra praetulit sententia, *homines, qui temere se iactant de praedictis* erroribus, explicare fas est. Profecto nuper simillimam Polystratus phrasim usurpaverat Tab. II. lin. 15. et seqq. Tab. X. lin. 20. et seqq. Tab. XIX. lin. 15. et seqq. To *περιπειπτειν* autem, quod et occurrit in Fragm. IV. consentaneam significationem habet *τῳ διαπιπτειν* in Tab. XIX. lin. 8. et aliquod, ad quod referatur, subaudire oportet; cuiusmodi exempla occurrunt apud Budaeum *Comm. Linguae Graecae* h. v.

Lin. 7. *δοξαις δουλευοντας ζην*). Stoicorum *παράδοξον de Sapientis Libertate* Nostro placuisse observavimus pag. 16. Hac autem carere dicit, qui falsis, molestisque *opinionibus serviens vivit.* Quomodo isthaec vera fuerit servitus reputata, vide Plutarchum in Libello, quo Stoicos magis inopinata, quam poëtas protulisse demonstrat. T. II. p. 1057. et seq. *Francof.* 1599. Arrianum *in Epictet.* L. IV. c. 1. et Suidam v. *Δουλος.* Qui autem huiusmodi servituti obnoxius est, idcirco a Polystrato *miser* censetur, quia *αρχῃ, και πηγῃ της ευδαιμονιας, principio, et fonte felicitatis caret*, ait Philo in Libro, *Quod omnis probus sit liber* pag. 886. *Francof.* 1691. Lucianus denique adfirmat solum fuisse Epicurum, qui *liberos reddere* solitus fuerit eos, qui secum haberent consuetudinem. *Pseudomant.* C. XLVII.

Lin. 13. *πραξεσιν*). Atticismi studiosissimus fuit Orthographus, ut pote qui *ν* paragogicum, ex communi dialecto rite omissum, ante consonantem litteram superponendum curaverit. Quod autem isthaec *ορθογραφια* Atticis placuerit, tum nos passim in Bibliotheca Herculanensi observamus, tum Grammatici adfirmant, qui *De Attica Dialecto* agunt; praesertim Zuingerus *Graec. Dialect. Hypotyp. De Dial. Attica.*

Lin. 14. et seqq. *πως μεν παραγομενους εις απατην κ. λ.*). Vani haruspices esse ne, quaeso, tibi videamur, lector, quod et nullum autumemus deesse versiculum, et verba suo loco integra reponamus. Illud enim *πως μεν*, et *πως δε* ad significandum *partim, et partim*, seu *tum, et tum* opportunissimum videtur; nec infrequens est apud veteres Scriptores, ut pluribus exemplis probat Budaeus p. 1100. *Παραγομενους* vero *εις απατην* idem est, ac *παραγομενους τῃ απατῃ* apud Thucydidem L. I. c. 39. immo *παραγεσθαι* explicatur *απατασθαι* apud Pollucem L. VIII. c. 14. apud Suidam, et Phavorinum h. v.

Lin. 16. et seqq. *πως δε και μεταχρουμενους κ. λ.*). Inconstantiam in capessendis meteororum indiciis Philosopho esse indignam antea Polystratus edixerat Tab. II. et seq. et Tab X. lin. 22. Eius Praeceptori nihil magis cordi fuit, quam ut ab huiusmodi vitio suos liberaret discipulos; docuerat enim *τον ἁπαξ γενομενον σοφον, μηκετι την εναντιαν λαμβανειν διαθεσιν, μηδ' επαλλαττειν ἑκοντα, eum, qui semel fuerit sapiens, numquam in contrarium habitum transiturum, neque sponte variaturum.* Laërt. L. X. segm. 117. Huius placiti meminit etiam Plutarchus *Adversus Colotem. Opp.* T. II. p. 1117. *Francof.* 1599. Quibus autem vicissitudinibus homo vexetur, cui animus spem inter, ac timorem fluctuat, graphice describit Plinius *Epistol.* L. VI. *Epist.* 4. Iam vero metaphorico hocce sensu adcipi *το μεταχρουσθαι*, probat Suidas, apud quem *μεταχρωννυντες* est *μετασχηματιζοντες* h. v.

Lin. 24. et seqq. *του ζην ονησιν, μηδ' απολαυσιν κ. λ.*). Quibus potissimum modis homo vita sua utatur, fruaturque, explicat Plato in *Philebo Opp.* T. II. p. 34. *edit. Steph.* Epicurus autem, cui Noster innititur, hac de re ita scribit: *γνωσις ορθη .... απολαυστον ποιει το της ζωης θνητον, recta cognitio.... efficit, ut mortali vita homo fruatur.* Laërt. L. X. segm. 124. ac *ἡδονας εν απολαυσει κειμενας, voluptates in fruendo positas* segm. 131.

Lin. 25. *λαβειν*). Ita pro *λαμβανειν*, siquidem in ima pagellae ora, minutiori charactere scriptum est: *λαβειν αληθι*, signo dextrorsum addito, cui alterum omnino simile in linea modo citata visitur. Etsi enim in *infinitivo modo* persaepe *tempora*, ut animadvertunt Grammatici, adeo parum in significatione differunt inter se, ut alterum pro altero sumatur; in hoc tamen periodi membro *αοριστος χρονος* requirebatur, ut cum *εξαχθηναι*, quod subditur, plane constaret.

Lin. 26. et seqq. *αλλ' εξαχθηναι προτερον κ. λ.*). Plus aequo, et sua impietate fretus studuit Epicurus, ut mortem nec optarent, nec timerent Discipuli. Iisdem pene usus est argumentis, quae et Prodicus in *Axiocho. Opp. Plat.* T. III. pag. 369. Sextus Empiricus *Pyrrhon. Hypotyp.* L. III. segm. 24. Lucretius Lib. III. v. 482. et seqq. adtulerunt. Quamobrem Noster inscitiae tribuit, quod aliqui multis vexati timoribus citius ex hac vita migrent.

CANTACMAT IC
KENAICMON ΗΔΕ
ΠΟΤΕΕΠΙΜΑ ΜΕ
ΝΑΙCΔΙΑΤΕ Κ
ΤΟΥΤΩΝΠΑ ΤΗ.
ΕΠΙCΩΡΕΥΟΝΤΑCΑΥΤΟΙC
ΚΑΚΑΠΑΡΑΤΟΜΗΔΥΝΑCΘΑΙ
ΔΙΑΓΝΩΝΑΙΤΙΗΦΥCΙCΗ
ΜΩΝΑΥΤΗΖΗΤΕΙΤΕΛΟC
ΚΑΙΕΚΤΙΝΩΝΤΟΥΤΟCΥΜ
ΠΛΗΡΟΥCΘΑΙΠΕΦΥΚΕΝΗ
ΓΑΡΤΟΥΤΩΝΑΒΛΕΨΙΑΠΑΝ
ΤΩΝ ΡΧΗΓΟ ΑΚΩ
Π. ΙCΚ

ΥΝ
Ε ΝΚ ΘΙCΤΑΝΑΙ
ΠΕΡΙΠ ΤΩΝΔΩCΠΕΡ
ΠΡΟΕΙΡΗΤΑΙCΑΥΤΩΙΛΟ
ΓΟΝΔΙΔΟΥCΤΟΝΕΙCΤΟΝ
ΒΙΟΝΚΑΤΑΠΛΗΘΗ ΟΤΤΟΝ
ΤΑΜΗΘΕΝΕΚΕΙ ΤΤΕΙΝ
ΜΗΔΕΠΕΡΙΑΛΛ ΝΜΗ
ΘΕΝΟCΗΚΙCΤΑΔΕΠΕΡΙΩΝ
ΕΥΘΥCΕΚΠΑΙΔΙΩΝΕΝΩ
ΜΙΛΗΜΕΝΑCΕΧΟΜΕΝΔΟ
ΞΑCΤΟΓΑΡΠΕΡΙΤΟΥΤΩΝ
ΑΛΟΓΩCΘΡΑCΥΝΕCΘΑΙΤΩΝ
ΜΕΓΙCΤΩΝCΥΜΦΟΡΩΝ

μαρlcτ ΤΑΤΙCΙ

COL. XXIII

Gio. B.a Malesci dis. Carlo Oraty inc

COLUMNA XXIII.

σαντας ματην, μαλιστα επι τισιν δοξαις κεναις, μονον ου μηδεποτε επιμαρτυρουμεναις· διατευχειν δ' εκ τουτων πασαν απατην, επισωρευοντας αὐτοις κακα, παρα το μη δυνασθαι διαγνωναι, τι ἡ φυσις ἡμων αυτη ζητει τελος, και εκ τινων τουτο συμπληρουσθαι πεφυκεν. Ἡ γαρ τουτων αβλεψια παντων αρχηγος κακων ὑπαρχει, ἁ φωναις κεναις εξητασαν καθισταναι. Περι παντων δ', ὡσπερ προειρηται, σαυτω Λογον διδους τον εις τον βιον κατα παθη εναρμοττοντα, μηθεν εχει ταραττειν, μηδε περι αλλοτριων μηθενος, ἡκιστα δε περι ὡν ευθυς εκ παιδιων ενωμιλημενας εχομεν δοξας. Το γαρ περι τουτων αλογως θρασυνεσθαι των μεγιστων συμφορων

abs re, praecipue ob quasdam opiniones vanas, fere numquam confirmatas; et struant ex his omnem deceptionem, adcumulantes sibi mala; quum nequeant dignoscere, quem finem natura nostra ipsa per se quaerat, et quibus rebus contingat hunc obtineri. Haec enim non cognoscere omnium principium est malorum, quae verbis inanibus studuerunt *in nobis* constituere. ¶ De omnibus autem, quemadmodum tibi ipsi pridem dictum est, quum dederim *Sermonem in vitam, quoad animi perturbationes, convenientem*, nihil est, quod nos turbet, neque de rebus alienis, neque praecipue de iis, circa quae a pueris praeiudicatas habemus opiniones. De his enim temere se iactare maximarum aerumnarum

CAP. XV.

Paraenesis ad Discipulum.

ADNOTATIONES.

Lin. 1. ματην, μαλιστα επι τισιν δοξαις). Inferius in margine legitur, paucis litteris suppletis: μαλιστα επι τισιν. Quo pertineant isthaec verba, nullo scriptionis signo indicatur: ideoque signum aliquod olim supremae incubuisse lineae non temere suspicamur, quod subinde in lucem prodire non patitur lacuna. Sensus utique belle fluit, et quadrant ea verba.

Lin. 2. et seq. μονον ου μηδεποτε επιμαρτυρουμεναις). Quod ita legerimus, aequi facies, si memineris, quam frequenter μονον ου pro *fere* adcipiatur. Vide Berglerum *ad Alciphron.* 65. 214. et Zeun. *ad Xenophontis Cyropaediam* p. 689. Quod autem *vanae opiniones* dicantur μηδεποτε επιμαρτυρουμεναι, patet tum ex Tab. XXIV. lin. 10. ubi idem verbum reperitur, tum ex Tab. III. lin. 17. et Tab. XI. lin. 6. ubi verba similia leguntur.

Lin. 4. et seq. διατευχειν δ' εκ τουτων πασαν απατην). Adde compositis ex τευχειν hoc verbum in Lexicis non obvium. Nimirum quum Homeri Scholiastes *in Iliad.* A. v. 4. et 115. το τευχειν exponat παρεχειν, ποιειν, supplementum, et versionem nostram nemo, ut arbitror, respuet. Metaphorice enim, uti latine *struere*, *moliri*, *machinari*, verbum et huiusmodi significationes admittit, et idem sonat, ac *exhibere*, *efficere*, *praebere*. Polystratum vero metaphorice loquutum probat, quod sequitur: επισωρευοντας αὐτοις κακα, utique translate dictum.

Lin. 11. et seqq. Ἡ γαρ τουτων αβλεψια παντων αρχηγος κ. λ.). Αβλεψια, quum oculorum *caecitatem* apud Theophrastum *Epist.* X. significet, transfertur etiam ad mentis tenebras, et *inconsiderantia* vertitur: perinde ac si cuilibet *caecitas* quaedam tribuenda sit, quod doctrinas a Polystrato expositas non consideret, aut omnino ignoret. Quod autem *ignorantia* sit *magnorum caussa malorum*, dicit etiam Alcibiades apud Platonem: εκεινο ουν εννοω, όσων κακων αιτια ἡ αγνοια τοις ανθρωποις κ. λ. *illud autem cogito, quantorum malorum ignorantia hominibus sit caussa, etc. Opp.* Tom. II. p. 143. *edit. Steph.*

Lin. 13. et seqq. ὑπαρχει, ἁ φωναις κ. λ.). Utramque Columnae partem quasi consutam exhibemus, ut nullus desit versiculus. Ex ductibus litterarum, ex aliis Polystrati locis, atque ex Epicuri loquutionibus verba, sententiamque compegimus.

Lin. 17. et seqq. Λογον διδους κ. λ.). Plura περι Παθων, *de Perturbationibus*, lucubrata fuisse volumina, qui Bibliographorum Catalogos pervolutaverit, ultro fatebitur. Principem fortasse hac in sparta illustranda locum adsequutus est Zeno, de quo vide Laërtium L. VII. segm. 4. Παθος autem Zenoni erat ἡ αλογος, και παρα φυσιν ψυχης κινησις, *aversa a recta ratione, contra naturam, animi commotio*, ut vertit Cicero *Tuscul.* L. IV. n. 34. quam ut morbum curandam, fugandamque censebat. At vero Epicurus etiam scripsit librum, cui titulus: περι Παθων Δοξαι, προς Τιμοκρατην, *de Perturbationibus Opiniones, ad Timocratem.* Vide Diogenem L. X. segm. 28. Quid in eo probandum adgressus sit, ignoramus: sed quaenam ad vitandas Perturbationes observanda proposuerit in Epistolis, satis obvia sunt. Extat et illud Senecae: *apud Epicurum duo bona sunt, ex quibus summum illud, beatumque componitur; ut corpus sine dolore sit, animus sine Perturbatione. Epist.* LXVI. Ex hisce igitur, quae hactenus dicta sunt, haud temere colligimus Epicuri discipulos cum Stoicis contendentes περι Παθων, libenter in huiusmodi argumento fuisse versatos. Qua de re quum agerent, in Chrysippum praecipue invehi debuerunt, qui Epicuro *conviciatus*, βλασφημησας, και λοιδορησας, plura adversus eum scripsit. Vide Eusebium *Praep. Evang.* L. VI. c. 6. Iam vero Chrysippus librum edidit inscriptum: Το περι Παθων θεραπευτικον, quem citant Galenus *Decret. Hippocr. et Plat.* L. IV. c. 4. et *De cognoscendis, et curandis propriis cuiusque adfectibus* Cap. I. Origenes *contra Celsum* L. I. n. 64. pag. 379. T. I. *Opp. Paris.* 1733. Tertullianus *De Anima* pag. 265, et seqq. *Venet.* 1744. Is itaque praecepta tradebat, quibus animus suas Perturbationes posset curare: Polystratum autem adversus eum scripsisse censemus, dum *vitam, quoad animi Perturbationes, convenientem* improbare conatur. Enimvero totus Polystrati Tractatus, quem explanamus, eo tendit, ut amoto vano metu omnes animi Perturbationes amoveantur. Praeterea in hac eadem pagella, dum *finem* naturae, et rationes ad eum adsequendum a quibusdam ignorari dicit, Chrysippum quoque respicere videtur, qui περι Τελους librum exaravit, a pluribus commendatum, ut observat Menagius in Laërt. L. II. segm. 202. Demum quum contra Divinationem, et Insomnia adeo in toto Opere declamaverit; quis non videat hominem Chrysippo infensum? Etenim *Chrysippus totam de Divinatione duobus libris explicavit sententiam, uno praeterea de Oraculis, uno de Insomniis.* Cicer. *De Divin.* L. I. num. 6.

Lin. 20. μηθεν εχει ταραττειν). Quandoquidem iam usque a Tab. I. lin. 2. et seqq. habemus, όσα κενως ταραττει . . . τα παρεχοντα την ταραχην, totusque liber huc recidit, ut perturbatione animus careat, το ταραττειν, sensu id poscente adpinximus. Eadem de caussa το αλλοτριων, quod Tab. III. lin. 18. et Tab. X. lin. 10. pari sensu occurrit, heic refingendum putavimus.

ΕΥΡΗΣ ΠΟΤΕΛΕ
ΚΑΘΕΣΤΗΚΟΣΩΣΠΕΡΕ ΘΗ
ΘΗ ΠΟΙΕΙΔΗΩΣΛΕΓΩ ΙΝΑ
ΚΑΙΠΕΡΙΑΥΤΩΝΤΩΝΛΕΓΟ
ΜΕΝΩΝΕΞΕΤΑΖΕΙΣΠΟΤΕ
ΡΟΝΚΑΘΩΣΛΕΓΕΤΑΙΗΟΥΚΑΙ
ΟΥΤΩΣΚΑΤΑΦΡΟΝΕΙΣΑΥ
ΤΩΝΕΑΜΜΗΕΥΡΙΣΚΕΙΣ
ΩΣΗΜΕΙΣΦΑΜΕΝΕΧΕΙΝΗ
ΕΠΙΜΑΡΤΥΡΟΥΜΕΝΟΥΣΟΙ
ΤΟΥΛΟΓΟΥΑΕΙΜΑΛΛΟΝ
ΠΙΣΤΕΥΗΣΑΥΤΩΙΚΑΙΕΠΑΥ
ΤΩΝΤΩΝΕΡΓ ΝΑ Κ
ΥΘΕΙΝ ΕΙΡΑ ΥΘ
ΑΤΑΠ
ΛΙΣΑΥΤ ΥΚΑΙΤΩΝΑΛΛΩ
ΑΝΘΡΩΠΩΝΜΗ ΟΓΩΜ
ΝΟΝΑΛΛΕΡΓΩΤΟΥΤΟΓΑ
Α ΗΘΙΝΩΣΕΣΤΙΦΙΛΟΣΟΦΙ
ΕΡΓΟΝ

COL. XXIV

Gio. B.a Malesci dis. Carlo Oratij inc.

COLUMNA XXIV.

εὑρησεσται αποτελεσμα καθεστηκος, ὥσπερ ειρηθη. Ποιει δη, ὡς λεγω. Τινα και περι αυτων των νυν λεγομενων εξεταζεις, ποτερον, καθως λεγεται, η ου· και οὑτω καταφρονεις αυτων, εαμ μη εὑρισκεις, ὡς ἡμεις φαμεν, εχειν, η επιμαρτυρουμενου σοι του λογου, αει μαλλον πιστευεις αυτω, και επ' αυτων των εργων ακολουθειν πειρας. Ευθυνεις δε οὑτω κατα παντα και σαυτου, και των αλλων ανθρωπων μη λογω μονον, αλλ' εργω· τουτο γαρ αληθινως εστι φιλοσοφιας εργον.

invenietur caussam effectionem constituisse. Fac vero, uti dico. Aliqua de his etiam, quae nunc dicuntur, expende, num sint, uti dicuntur, necne; atque ita contemne ea, si non invenis, sicuti nos dicimus, se habere; at si tibi sermo noster comprobatur, magis magisque ei crede, atque in ipsis operibus sequi conare. Diriges autem ita in omnibus tum quae tui ipsius sunt, tum quae sunt aliorum, non in sermone solum, sed etiam in opere: hoc enim vere est philosophiae opus.

Lin. 1. et seq. αποτελεσμα καθεστηκος). Αποτελεσμα, sive αποτελεσμος est ***id, quod re ipsa*** *effectum cernitur*, verbique usus hoc sensu apud Graecos obvius est. Ita prae ceteris apud Clementem Alexandr. *Strom.* L. VIII. p. 933. *Oxonii* 1715. Rem adprime explicat Galenus, dum νοσημα μεγα κατα φαντασιαν, *aegritudinem gravem secundum imaginationem*, opponit νοσηματι μεγαλῳ κατ' αποτελεσμα, *aegritudini gravi secundum effectionem*, seu *veritatem.* Quum igitur Noster in *maximas aerumnas re vera* incidisse eos, qui superstitiosis observationibus sese subiicerent, vellet significare; ad rem το αποτελεσμα usurpavit, quo et *eventum*, seu *effectum* indicaret, et simul verbum, ubi de Astrologicis coniectationibus agitur, passim adhibitum, sermoni suo opportunius insereret.

Lin. 5. εξεταζεις κ. λ.). Pro εξεταζε, uti mox πιστευεις, et πειρας pro πιστευε, et πειρα. Nimirum frequenter pro *imperativo* adhibuerunt Veteres *indicativum:* quod non raro adnotant Scholiastae. Epicurus autem in regula, quam Polystratus tradit, insinuanda praeiverat, dum ad Herodotum, et Pythoclem misit Epistolas. Vide Laërt. L. X. segm. 83. et seqq. et segm. 116. et seqq. Porro nemo videtur huiusmodi epicureum κριτηριον adcuratius explanasse, quam Rossius in laudatis *Commentat. Laërtianis* p. 289. et seqq. *Romae* 1788. eiusque animadversiones comprobat Polystratus, ubi de επιμαρτυρησει agit.

Lin. 7. οὑτω). In Codice οὑτως.

Lin. 8. εαμ). Ita Amanuensis scripsit pro εαν. Saepe in pronunciandis particulis Veteres eas adeo cum sequenti voce coniungebant, ut unum effici verbum videretur: idcirco plures vidimus in papyraceis exemplaribus particulas sic scriptas, ut in compositione scribi oportuisset.

Lin. 14. et seqq. Ευθυνεις δε οὑτω κ. λ.). Ea, nisi coniecturae nos fallunt, verba ad paginae integritatem reposita exhibemus, quibus dum vetusti characteris signa servantur illaesa, pauca, et quidem obvia refinguntur, sensusque ipse prono, ut aiunt, alveo fluit. Videtur enim Auctor innuere eam Sectae suae esse institutionem, ut Discipuli *non solum sermone, sed factis etiam* sapientiam excolerent, et probarent. Hanc utique laudem tum Epicuro, tum pluribus eius adseclis fuisse tributam non paucis Scriptorum testimoniis ostendit Gassendus *De Vita, et Moribus Epicuri* L. I. et II. Tullius prae ceteris audiatur, qui haec de Epicuro sentit: *ac mihi quidem, quod et ipse bonus vir fuit, et multi Epicurei fuerunt, et hodie sunt et amicitiis fideles, et in omni vita constantes, et graves, nec voluptate, sed officio consilia moderantes; hoc videtur maior vis honestatis, quam voluptatis. De Fin.* L. II. n. 81. Et alibi *nullum*, inquit, *genus est minus malitiosum. Quaest. Tuscul.* L. III. n. 50. Itaque antequam Magistri praecepta in suscipiendo voluptatis patrocinio deteriorem in sensum adcepissent; et dictis, et factis recte se, aliosque componere studuerunt. Contra vero maximae Philosophorum parti exprobratum est, quod verbis sapientiam, virtutemque praedicarent, factis autem in alia omnia abirent. Lucian. *Icaromenipp.* Cap. 30. *Piscator.* Cap. 34. et seq. et *Timon.* Cap. 54. et seq.; Lactant. *Epitom. Divin. Institut.* Cap. 40.; Plutarch. *De Stoicor. Repugnant.* pag. 1033. T. II. *Opp. Francof.* 1599.

Lin. 18. et seqq. τουτο γαρ εστι κ. λ.). Quisnam sit Philosophiae finis, duabus *Dissertationibus* hac de re concinnatis, nempe XIX. et XXXIV. Maximus Tyrius exponere adgressus est: paucis tamen rem absolvit Epicurus, dum inquit: εστιν ενεργεια λογοις, και διαλογισμοις τον ευδαιμονα βιον περιποιουσα; *est operatio, quae rationibus, et disputationibus vitam parat beatam:* apud Sextum Empiricum *Adv. Math.* L. XI. num. 169. Διο και φιλοσοφιας το τιμιωτερον ὑπαρχει ἡ φρονησις, seu ex Meibomii correctione, διο και των εκ της φιλοσοφιας αγαθων το τιμιωτερον *quocirca ex philosophiae bonis prudentia antecellit*, apud Laërt. L. X. segm. 132. Quem locum si cui placuerit sapienter illustratum legere, adeat Rossium modo citatum p. 309. et seqq. Magistri itaque obtemperans monitis Polystratus in eo conlocat *philosophiae opus*, ut homo prudentia usus id verbis dicat, quod factis tenet; atque ita suas, aliorumque actiones recte dirigat, atque componat. Nimirum in hoc cum Stoicis consentire videtur, qui το τελος της φιλοσοφιας το ακολουθως τῃ φυσει ζῃν ειρηκασιν, *finem philosophiae esse dixerunt congruenter naturae vivere.* Clement. Alexandr. *Stromat.* L. V. *Opp.* T. II. p. 703. *Oxonii* 1715.

1.

ΕΙΝ ϹΤΑΤΟΥ
ΤΩΝΑΛΛΟΥ ΥΝΟΡΑΤΑΙ
ΥΓ ΥΤΩΝ ΟΥΘΥΓΙΕΙ
ΝΑΚΑΙΝΟϹ ΡΑΚΑΙΑΛΛΑ
ϹΥΜΦΕΡΟΝ ΑΚΑΙΑϹΥΜ

2.

ΠΡΟ
ΦΕ ΝΤ ΤΙΘΑΥΜΑϹ
ΤΟϹΟΛΟΓ ΕΦΑΡΜΟϹΕΙ
ΕϹΤΙΓΑΡΠΑΝΤΑΤΑΥΤΑΦΗ
ϹΕΙΤΙϹΚΑΚΕΙΝΟΙϹΑΛΛΟΥ

3

ΘΥΟ
ΜΕΙΩΝ Γ ΤΕΔΙΑΛ
ΛΟΥΤΡΟΠ ΥΑΠΟΤΗϹΑΥ
ΤΗϹ ΤΙΑϹ ΟΘΕΝΟΥΔ Υ
ΛΑΒΕΙϹΘΑΙΠΡΟΤΟΥΠΑΘΕ

4.

ΤΩΝ Ω
ΝΟΥΝΤΑΕΥΡΕΘΗϹΕΤΑΙ
ΑΛΛΕΚΕΙΤΟΙϹ[illegible]ΕΤΥΧΟΥ
ϹΙΝΠΕΡΙΠΕΙΠΤΟΝΤΑΔΙ

FRAGM. TAB. I

Gio. B.ª Malesci dis. *Carlo Oratij inc.*

FRAGMENTORUM

TABULA I.

Num. 1.

καλειν πλειστα του-
των, αλλ’ ου συνοραται
ὑπ’ αυτων δη ουδ’ ὑγιει-
να, και νοσηρα, και αλλα
συμφεροντα, και ασυμ-
φεροντα, και αλλα καλα,
και αισχρα . . . . . .

vocare plurima horum, sed pro-
fecto non conspiciuntur ab ipsis
salubria, et noxia; et alia utilia,
et inutilia; et alia honesta, et tur-
pia . . . .

2.

. . . . προ-
φερειν ταυτα, ὁτι ὁ αυ-
τος ὁ λογος εφαρμοσει·
εστι γαρ παντα, φη-
σει τις, κακεινοις· αλλ’ ου

. . . . proponere ista,
quoniam eadem ratio congruet: sunt
enim haec omnia, inquiet quispiam,
et illis *Diis communia:* at non

3.

. . . . . . ουτε δια ση-
μειων φυεται, ουτε δι’ αλ-
λου τροπου απο της αυ-
της αιτιας. Ὁθεν ουδ’ ευ-
λαβεισθαι προ του παθειν

. . . . . . neque per signa produ-
citur, neque per alium modum ab
eadem caussa. Unde neque evitari
oportet, antequam pati contingat

4.

. . . . τα
των φυσιολογων συμφω-
νουντα εὑρεθησεται,
αλλ’ εκει τοις τυχου-
σιν περιπειπτοντα δι-
αληψεται . . . .

. . . . quae ad physiolo-
gos pertinent, consentientia inve-
nientur; sed heic in vulgi errores
incidentia censebuntur . . . . . .

ADNOTATIONES.

Num. 1. καλειν πλειστα τουτων κ. λ.). Retulimus hoc Fragmentum in Adnotationibus ad Col. XIII. p. 28. Conqueri Polystratus videtur in ipso Diatribae exordio de eorum temeritate, qui voces inanes Physiologiae inserebant; quum rerum neque utilitatem, neque honestatem recte expenderent. Chrysippum, ceterosque Stoicos, nisi nos nostra fallit opinio, incusat: isti enim argutiis abutebantur, paradoxa proponebant, et sapientiam suam non ad solidam hominum utilitatem, sed ad vanam prorsus gloriam extollebant. Vide Laërt. L. VII. segm. 185. et seqq., Plutarch. Lib. *Quod Stoici magis inopinata ediderint, quam Poëtae* T. II. p. 1057. et seq. et *De Stoicorum Repugnantiis* pag. 1033. et seqq. denique in Lib. *Advers. Stoic.* pag. 1080.

Num. 2. προφερειν ταυτα κ. λ.). Ut quae innuimus pag. 14. Adnot. ad Col. VI. ubi hoc Fragmentum citavimus, plenius enucleentur: meminisse iuverit in illud Epicureos summopere incubuisse, ut Diis omnem regendi Universi curam auferrent. Ex eo cavillationes suas deducebant, quod Stoici Providentiam admittentes de Diis tamquam de hominibus dissererent. Vide Gassendum, et Menagium in Laërtii L. X. segm. 77. Quare heic inquit Polystratus Stoicos *haec proferre, quia* Diis, et hominibus *eadem ratio convenit; sunt enim utrisque haec omnia*, scilicet ira, amor, benevolentia etc. *At non ita res se habet:* sequuntur fortasse sophismata Epicureo homine digna.

Num. 3. ουτε δια σημειων φυεται κ. λ.). De hoc Fragmento vide Adnot. ad Col. V. p. 10. Supplevimus verbum φυεται, utpote Epicuro, eiusque Sectatoribus, idemtidem περι φυσεως tractantibus, familiare. Fragmenti autem sensus ad eam referendus est Magistri Κυριαν Δοξαν, quae ita legitur: το μακαριον, και αφθαρτον ουτε αυτο πραγματα εχει, ουτε αλλῳ παρεχει. Laërt. L. X. segm. 139. Quae quidem sic latine redduntur a Tullio: *quod beatum, et immortale est, id nec habet, nec exhibet cuiquam negotium. De Nat. Deorum* L. I. num. 30. In cuius loci explanationem, atque emendationem animadversiones suas minime spernendas edidit Rossius *Comment. Laërtian.* p. 313. *Romae* 1789. Quum itaque id statuerint Epicurei; mirum non est, quod *Deos* esse phaenomenorum αιτιαν, *caussam*, negaverint, neque eos per *signa* suam efficaciam prodere, ideoque ab eorum ira *cavendum* non esse adseveraverint.

Num. 4. ουδε τα των φυσιολογων κ. λ.). His, quae de Fragm. diximus in Adnot. ad Col. VII. p. 16. adde, si lubet, το φυσιολογων idcirco lacunae opplendae adhibitum fuisse, quod de Physiologis Epicureis multa in hoc Opere, ac praecipue *consensionem* praedicaverit Noster, ut Physiologis Stoicis praeferendos esse probaret. De his porro vide Laërt. Lib. VII. segm. 132. Ad verbum περιπειπτοντα quod adtinet, iuverit consulere Adnot. ad Col. XXII. p. 46., ubi et de eodem Fragmento mentionem iniecimus.

5

ΛΑ
ΕΙ
Ν ΘΕΝ ΗΘΕΝΧ
ΡΟΝΑΠΑΛΛΑΤ ΕΙΝΤΑΛΟΙ
ΠΑ ΩΙΑΜΗΤΕΟΣΙΟΣΙ
ΟΝΗΑΝΟΣΙΟΝΝΟΜΙΖΟΝ

6.

ΙΜΗΘΕΝΜΗ Ε
ΑΚΑΙΤΕΡΑΤΑΚΑΙ
ΤΟΙΣΟΜΟΓΕΝΗΜΗ
ΡΩΜΕΝΑ ΛΟΥΤΕ
ΤΩΙΛΟΓΙΣΜΩΙΔΙ
ΙΔΗΟΥΔΗΜΕΙΣ
ΒΛΑΠΤ
ΡΩΝΤΕΣ

7

ΑΥΤΑ
ΑΓΚΗΣ ΛΙΝΚΑΙ
ΚΕΙΝΟΙΣ ΞΑΚΟΛΟΥΘΗ
ΣΕΙΣΥΜΠΤΩΜΑΤΑ ΓΕ
ΛΟΙΟΝΟΥΝΤΟΕΠΕΙΔΗ
ΕΚΕΙΝΟΙΣΗΟΥΚΕΣΤΙΝ

8

ΣΗΜΕΙΑΚΑΙ ΝΟΙ ΚΛΗ
ΔΟΝΕΣΗΚΑ ΑΙΣΧΡΑΗ
ΟΤΙΔΗΠΟΤΕΤΩΝΤΟΙΟΥ
ΤΩΝΗΟΝ Υ ΟΡΑ
ΤΑΙΥΠΕΚΕΙ ΝΔΙΑΤΟ
ΜΗΚΟΙΝ ΝΕ ΛΟΓΙΣ
ΜΟΥΗΛ ΗΜΕΙΣ
ΟΥΝΜΗΔ

FRAGM. TAB. II

Gio. B.ª Malesci dis. Bart. Oraty inc

FRAGMENTORUM

TABULA II.

Num. 5.

Ει γαρ ὁρωμεν, των οὑτω
νομισθεντων, μηθεν χει-
ρον απαλλαττειν τα λοι-
πα ζωα, μητε ὁσι-
ον, η ανοσιον νομιζον-

Si enim videmus, quum haec ita censeantur, non gravioribus incommodis affici cetera animantia, quae neque sanctum, neque impium existimant

6.

τα ειναι μηθεν, μηδε
σημεια, και τερατα, και
τα τουτοις ὁμογενη μη
συνορωμεν', αλλ' ουτε
αυτα τῳ λογισμῳ δι-
ανοει δη, ουδ' ἡμεις
εν τινι βλαπτομεθα, μη
συνορωντες τας επιση-
μασιας . . .

esse aliquid, neque signa, et prodigia, et id genus alia, quae *ab eis* minime conspiciuntur, immo ne cogitant quidem de istis; ne nos quidem aliquam noxam patimur, minime ad significationes adtendentes.

7.

. . . . αυτα
εξ αναγκης ἡμιν, και
εκεινοις εξακολουθη-
σει συμπτωματα. Γε-
λοιον ουν το επειδη
εκεινοις η ουκ εστιν

. . . iidem necessario nobis, et illis sequentur effectus. Ridiculum igitur hoc, quoniam vel illis non sunt

8.

σημεια, και κλονοι, η κλη-
δονες, η καλα, η αισχρα, η
ὁτι δηποτε των τοιου-
των, η οντα ου συνορα-
ται ὑπ' εκεινων, δια το
μη κοινωνειν λογισ-
μου, ηδη ουδ' ἡμεις
εχομεν. Ει ουν μηδε

signa, et strepitus, aut omina, aut honesta, aut turpia, aut quidquid est huiusmodi; vel quum sint, non conspiciuntur ab illis, quia rationis participes non sunt; idcirco neque nos *haec* habemus. Igitur si neque

Num. 5. et 6. *ει γαρ κ. λ.*). Duo haec Fragmenta, perinde ac alterum de Animantibus, alterum de Divinitate ageret, seorsum adlegavimus, illud scilicet alterum in Adnot. ad Col. XIII. p. 28. hoc autem in Adnot. ad Col V. p. 12. Sed utrumque videtur unum eumdemque contextum efficere: adeo inter se cohaerent, et sermonem recte procedentem exhibent. Quare versionem aliquantulum differentem heic edimus: lectori tamen alterutram seligendi, aut aliam concinnandi facultatem liberrimam relinquimus. Fortasse igitur e brutis animantibus argumentum eruebat Polystratus, quo probaret ea vitam agere humana feliciorem., dum de actionum honestate, ac de signis nihil omnino cogitant; ac propterea homines ab hisce rebus observandis deterreret. Lucretius enim, quum obnixe suadeat, ut ab huiusmodi terroribus animus omnino solvatur, praecipue in Lib. V. et VI., vers. 1337. et seqq. feris etiam timorem ab hominibus incussum improbat. Scripserat pridem Pythocli Epicurus: *αἱ δε επισημασιαι αἱ γενομεναι επι τισι ζωοις κατα συγκυρημα γινονται του καιρου. Ου γαρ τα ζωα αναγκην τινα προσφερεται του αποτελεσθηναι χειμωνα· ουδε καθηται τις Θεια Φυσις παρατηρουσα τας των ζωων τουτων εξοδους, κἀπειτα τας επισημασιας ταυτας αποτελει. Significationes, quae super quibusdam animalibus sunt, per tempestatis anni contingentiam eveniunt. Non enim animalia necessitatem aliquam invehunt*, quum post autumnum abeunt, *ut hiems fiat, neque sedet aliqua natura Divina, quae horum animalium observet exitus, ac deinde huiusmodi significationes efficiat.* Laërt. L. X. segm. 115. Quibus Epicuri placitis huc adductis, facile expiscabimur, quid sibi velit Polystrati locus. Id enim animadvertit, quod si bruta bene vivunt, dum de honestate, et de significationibus nihil cogitant; nos incassum ipsa conspicimus, ad capienda auguria, ne in aliquod damnum incidamus. Porro ad probanda singula, quae supplevimus, id omnino satis esto; ne longum sermonem in Fragmenta brevissima instituisse videamur, lectoremque in parvi momenti rebus diutius distineamus. Illud dumtaxat monemus, significationem, quam verbis *χειρον απαλλαττειν* dedimus, acceptam referri Demostheni, ubi inquit: *μαλλον δε παντες χειρον ἡμων απηλλαχασιν*, *quin potius omnes deterius nobis adfecti sunt. De Corona* pag. 246. T. I. *Lipsiae* 1770.

Num. 7. et 8. *αυτα εξ αναγκης κ. λ.*). De hisce Fragmentis vide Adnot. ad Col. II. p. 6. et Col. VI. pag. 14. Quum autem de utriusque nexu nihil ibi innuerimus, deque sensu obiter verba fecerimus; iuverit in praesenti in iis illustrandis tantisper immorari. Conlocavimus itaque discerpta haec *λειψανα* unum post alterum, quemadmodum et in duobus praecedentibus faciendum curavimus; quia unum eumdemque sermonem componere videbantur. Prosequitur enim Polystratus argumentum, quod et nuper enucleavimus; videlicet significationes ex animalibus nullas capi posse. Etenim eorum motus, incessus, viae etc. ex physicis caussis, non ex Divina natura Epicuro petenda videntur: siquidem meteora, et anni tempestates, uti in nobis, ita et in illis varia producunt symptomata; nec quia ab iis rationis usu carentibus verae caussae minime intelliguntur, idcirco neque a nobis intelligi debent, aut Diis referri. Ad rem Epicurus: *ουδε γαρ το τυχον ζωον, κἀν μικρῳ χαριεστερον ῃ, εις τοιαυτην μωριαν εκπεσῃ, μη ὁτι το παντελη ευδαιμονιαν κεκτημενον. Neque enim animal quodlibet, modo mica ingenii in eo sit, in huiusmodi stultam incidet occupationem*, ut observet exitum animalium, efficiatque significationes, *nedum Divina natura, quae plenam possidet felicitatem.* Laërt. L. X. segm. 116. Denique vocem illam *γελοιον* adhibuisse videtur Polystratus, quia Magistro morem gerebat; *nam nihil tam irridet Epicurus, quam praedictiones rerum futurarum:* inquit Cicero *De Nat. Deorum* L. II. num. 162.

10.

ΔΥΝΗCΟΜΕΝΩ
ΛΟΥΘΟΝCΥΝΟΡ
ΤΗΝΑΥΤΩΝΠ
ΤΩΝΟΡΘΩCΤΙΓ
ΤΩΝΤΟΝΛΟΓΟ
ΝΩΜΕΝΟ Α
ΑΤΟΙΑΥΤΑΛΕΓ

ΟΥ
ΝΤΑC
ΗΑΛΛΩCΤΩCΔΙΑΛΕΓΟΜΕ
ΝΟΥCΤΑΥΤ ΤΟΥΤΟΙCΚΑΙ
ΗΜΙΝCΥΜΒΕΒΗΚΕΝΑΙΩC
ΠΕΡΕΝΙΟΙΠΟΙΟΥCΙΝ–ΕΥ
ΗΘΕΙCΟΝΤΕCΚΑΙΠΡΟCΤΗΝ
ΕΤΕΡΩΝΜΟΝΟΝΤΩΝΜΗ

9.

CΘΑΙ
ΙΕΝΟΜΕΝΟΥ CΑΝ
ΓΕΝΩΜΕΘΑΦΡΟΝΙΜΟΙ
ΟΥΘ ΦΕΝΟCΤΟΥΤΩ ΕΝΟ
ΧΛΗCΟΜΕΝΟΥCΗΜΑCΟ
ΤΙΜΕΓΓΑΡΦΡΟΝΗCΕΩC
ΔΕΙΕΠΙΜΕΛΕCΘΑΙΚΑΙΑΝ

11.

Ο ΟΝΑΥCΑΙΚΑΙ
ΝΥΠ ΦΙΑΝΤΟΥΤΟΔΕΙ
ΦΡΟΝΗCΕΩCΕΡΓΟΝΝΟ
Λ ΟΤΗΝΜΑΤΑΙΟΝ
ΑΧΗΝΚΑΙΔΙΕΝΥΠΝ
Ω ΝΚΑΙΔΙΑCΗΜΕΙΩΝ

12

FRAGM. TAB. III

Gio. B.ª Malesci dis. Carlo Oratij inc

FRAGMENTORUM

TABULA III.

Num. 9.

. . . . . . περαινοντας, η αλλως πως διαλεγομενους τ' αυτα τουτοις, και ἡμιν συμβεβηκεναι, ὡσπερ ενιοι ποιουσιν ευηθεισοντες, και προς την ἑτερων μονον των μη

. . . . . . concludentes, aut alio modo comprobantes eadem his, et nobis adcidisse; quemadmodum nonnulli faciunt, stulte se gerentes, et propter aliorum solummodo, qui non

10.

δυνησομενων το ακολουθον συνοραν, απατην, αυτων παλιν ουδε των ορθως τι προφεροντων, τον λογον εκπλανωμενοι· ἁπαντα γαρ τα τοιαυτα λεγομενα παρ' αυτων ουκ εστιν επιμαρτυρουμενα . . . . .

poterunt doctrinam consentaneam conspicere.., nec recte aliquid proponunt, deceptionem, in ratiocinatione aberrantes: nam haec omnia, quae ab iis dicuntur, minime comprobantur . . . .

11.

ὀυτω γενομενους, καν γενωμεθα φρονιμοι, ουθ' ὑφ' ἑνος τουτων ενοχλησομενους ἡμας. Ὁτι μεν γαρ φρονησεως δει επιμελεισθαι, και αν

sic adfectos, et quando prudentes efficimur, ne ob unam quidem harum rerum turbaturos nosmetipsos. Quum enim prudentiae incumbere oporteat, et utique

12.

και τον φοβον λυσαι, και την ὑποψιαν· τουτο δ' ειναι φρονησεως εργον νομισον, το την ματαιον ταραχην, και δι' ενυπνιων, και δια σημειων,

tum timorem, tum suspicionem solvere: hoc autem esse prudentiae munus existima vanam perturbationem, et per insomnia, et signa,

Num. 9. et 10. *περαινοντας, η αλλως πως κ. λ.*). Verbum *περαινοντας* adiecimus ex Tab. IV. lin. 23. quam qui releget, loquutionem, sensumque non absimilem deprehendet huic Fragmento, cuius etiam mentionem fecimus in Adnot. ad Col. II. p. 6. et V. p. 12. Illud autem *τουτοις*, quonam referendum sit, ob sermonis abrupti brevitatem non satis liquet. Fortasse *τοις ζωοις* adtribuendum est; siquidem *animalibus* saepe eadem, quae nobis eveniunt, *adcidere* videntur; quod etiam observat Plutarchus *De Sollertia Animalium Opp.* T.II. p. 960, et seq. *Franc.* 1599. Ex hoc vero argumentum forsitan desumebat Chrysippus, aliique Stoici, adversus quos Polystratus scribit, ad probandas eorum praesignificationes. Vide Cicer. *De Divinat.* L. II. n. 61. Quod denique in Fragmenti calce, sensu efflagitante subdidimus, in ipsos Stoicos, ac praecipue Chrysippum non immerito scriptum existimamus: is enim aliorum auctoritati adeo obsequebatur, ut ei exprobraverit Apollodorus Atheniensis: *ει τις αφελει εκ των Χρυσιππου βιβλιων, όσ' αλλοτρια παρατεθειται, κενος αυτῳ ὁ χαρτης καταλελειψεται. Si quis auferret ex Chrysippi libris, quae aliena sunt, vacua illi charta relinqueretur:* apud Laërt. L.VII. segm. 182. Iam porro alterum, quod in Adnot. in Col. V. p. 12. ad quaedam illustranda retulimus, quodque heic conspicis, Fragmentum cum praecedenti *αμεσως* connexum autumamus. In cuius fine Polystratus Canonem Epicuri indicare videtur; qui a veritatibus sensuum testimonio comprobatis certas argumentationes, et consequutiones deducendas statuerat; eosque recte se gerere docuerat, qui ratione sua recte uterentur, et imprimis a Physiologia non deflecterent. Si quis adierit Laërtium L.X. segm. 50. et seq. et Sextum Empiricum *Adversus Logicos* L. I. segm. 211. fortasse nostram lectionem, et interpretationem benignius excipiet.

Num. 11. *οὑτω γενομενους κ. λ.*). Ad perturbationes vitandas Epicurus prudentiam commendabat, uti probavimus in Adnot. ad Col. I., in quibus et Fragmentum hoc adtulimus. Neque vero in celebranda huius virtutis utilitate, et praestantia aemulos inter veteres Philosophos ille non habuit: similia enim praeconia prudentiae conscripserunt Plato in *Menon.* T. II. p. 88. et seq. *edit. Steph.* Aristoteles *Ethic.* L. VI. c. 3. *Magn. Moral.* L. I. c. 7. et *De Vit. Mor.* et Cicero *De Invent.* L. II. num. 159. 160. *De Offic.* Lib. I. num. 143. 153. et *Tuscul.* L. III. num. 37. et Lib. I. n. 94. Lib. II. n. 31. Quaenam autem fuerit Epicuri prudentia, num fraudulenta, subdola, et impia; an sincera, rectoque sensu intelligenda; fuse disputat Gassendus *De Morali Philosophia Epicuri* T. II. p. 128. et seqq. *Lugd.* 1675.

Num. 12. *και τον φοβον λυσαι κ. λ.*) Huic Fragmento *αμεσως* adglutinandam esse Papyri Columnam I. monuimus in Adnot. p. 2. Tum in illo, tum in ista totus est Polystratus, ut Divinationem tollat, idque esse doceat praecipuum prudentiae munus. Nimirum presso, ut aiunt, pede sequitur Magistrum, qui *Μαντικην ἁπασαν εν αλλοις αναιρει, ὡς και εν τῃ Μικρᾳ Επιτομῃ*, *Divinationem omnem in aliis Operibus tollit, uti et in Parva Epitome*, (seu potius, ut certissima coniectura rescribunt Gassendus, et Menagius, *in Longa Epitome*) ait Laërtius L. X. segm. 135. Cicero etiam sub persona Velleii Balbum adloquentis, *sequitur*, inquit, *Μαντικη vestra, quae latine Divinatio dicitur.... His terroribus ab Epicuro soluti, et in libertatem vindicati etc. De Natur. Deor.* Lib. I. num. 55. et seq. Quod sane passim innuit idem Tullius in suis de Divinatione Libris, et eo praesertim loco testatum reliquit, ubi *reliquos philosophos omnes, praeter Epicurum* Divinationem probavisse adfirmat. Lib. I. n. 5. Atque ex hisce veterum Scriptorum testimoniis ducuntur momenta, quibus supplementa, et interpretatio satis comprobari videntur.

PHILODEMI

DE

RHETORICA.

ERUDITO LECTORI.

Inter volumina Herculanensia, quae dudum evoluta sunt, non pauca Auctorem praeferunt Philodemum, de cuius patria, aetate, disciplina, et scriptis Carolus Maria Rosinius, benemerentissimus Regiae Societatis Borbonicae Praeses fuse disputavit *Praefat. ad Lib. De Mus.* p. 1. et seqq. Eius pridem *De Rhetorica* Liber emerserat, cuius peculiarem Harlesius mentionem iniecit in *Biblioth. Graec.* T. III. p. 609. Deinde vero plures *De Rhetorica* tractantes reperti sunt, qui subinde in publicae lucis usuram prodibunt. Is autem, quem in praesenti edendum curamus, non ad Rethorices tradenda praecepta, sed ad eius potius utilitatem expendendam elucubratus videtur: hoc enim sibi, uti ex parte eius superstite, atque ex ipsa ανακεφαλαιωσει conligitur, demonstrandum proponit; quod scilicet Rhetorica per se virum nec eloquentem, nec politicum efficiat; sed utrumque aliis atque aliis adminiculis omnino indigeat. Ad hoc autem argumentum ea, qua par est, diligentia enuncleandum pauca quaedam praemittamus, oportet.

Rhetores, ac Sophistae magnis Artem suam laudationibus mactabant, duo praecipue ei tribuentes, quod scilicet iuvenes, ipsa rite institutos, eloquentia praestantes redderet; et quod ipsos Reipublicae capessendae, et feliciter administrandae efficeret paratissimos. Quum enim haec duo apud Graecos magni haberentur; et ad publica munia obeunda, ac celebritatem, famamque immortalem consequendam plurimum facerent; Rhetores profecto, si utrumque sese praestituros pollicerentur, hominesque ad huiusmodi fiduciam excitarent, magnam sui aestimationem, nec leve lucrum a iuvenibus tali institutione imbuendis sibi obventurum sperabant.

Quod autem dicendi vim per Artis Rhetoricae praecepta, multiplicesque exercitationes suis se daturos alumnis identidem iactitarint, complures testantur Auctores. Hos inter principem sibi locum vindicat Sextus Empiricus, quippe qui ceteris acrior in Rhetoras insectandos inrupit. Commemorat enim hasce Sophistarum pollicitationes, easque refellit, tum quia ενδεχεται ἱκανως, και κατα τροπον ῥητορευειν μη μετασχοντα Ῥητορικης, *Advers. Rhetoras* pag. 291, tum quia οἱ σοφιστευοντες . . . ιχθυων αφωνοτεροι επι της γης ὑπαιθρου θεωρουνται. Priorem adsertionem comprobat exemplo Demadis, qui tametsi nunquam Rhetoricam didicisset, praestans tamen effectus est Orator: quod confirmant et Plutarchus in *Vita Demosthenis* pag. 848, Francof. 1599, et Quintilianus *Institut.* Lib. II. Cap. 17, et Syrianus *ad Hermogenem* pag. 16, et Suidas *hac voce.* Alteram vero vocat factum, quod ὁ συμπας οιδε βιος, seu *testatissima experientia comprobatum.* Idem pene dixerat Critolaus, Rhodius Athenodorus, aliique, quos invenies apud Quintilianum *Institut.* Lib. II. Cap. 17. Sed Sophistarum in huiusmodi Arte tradenda iactantiam Plato quoque, et Aristoteles non uno in loco carpendam censuerunt.

Utcumque autem Epicurus disciplinas universas odisse dicatur, et licet ipse peculiariter contemserit Rhetoricam; tamen iure, non iniuria Sophistas plus nimio Artem suam iactantes insectari videbatur. Enimvero *inventio argumentorum, eorumdemque apta collocatio.., ex nativa oratoris sagacitate et sollertia, non ex ullo Rhetorices artificio enascitur. Dum enim tot magni viri orationes aut parant, aut habent, animum non intendunt ad artem Rhetorices, quam fieri potest, ut ne labris quidem primoribus attigerint... neque enim si sit agendum, ut exemplo dicam, de pace ineunda, respicere quis ad artem Rhetoricam debet, ut sciat, qua serie sermonis procedendum sit; quum Rhetoris non sit cognoscere de pace et bello, sed Politici.* Hanc porro Epicuri sententiam, quam divinando exponit Gassendus *De Vita et Morib. Epic.* Lib. VIII. cap. IX. pag. 205. *Florentiae* 1727, mirifice congruere animadvertimus cum argumento, quod Philodemus dudum tractaverat; idque si Gassendus non ignorare potuisset, suam explicationem valida ratione utique obfirmasset.

Ad quaestionem vero de Politica per Rhetoricam addiscenda quod pertinet, multum quidem disputatum est a Philosophis, *num Respublica Sapienti gerenda esset;* uti videre est apud Theonem Sophistam *Progymnasmat.* pag. 346. et seqq. *Basil.* 1541. Atque huiusmodi quaestio cum alia coniungebatur, nempe *an Providentia mundus regatur;* quia apud Stoicos altera ab altera pendebat; quum Sapientem Dei imitatorem constituerent, eumque ad Providentiam in Mundo regendo aemulandam in Reipublicae administrationem excitarent; uti Gesnerus, et Spaltingius adnotarunt ex Ciceronis *Topic.* Cap. XXI. et Quintil. *Inst.* Lib. III. c. 5. Iam vero ισχυειν μεν δια λογου τον πολιτευομενον, αναγκαιον, *pollere eloquentia eum, qui tractat Rempublicam, necesse est*, ait Plutarchus *Vit. Cic.* p. 387. *Francof.* 1591. Quapropter Sophistae Stoicorum in sententiam abeuntes, dum Rhetorica iuvenes imbuebant, eos quasi in palaestra ad publica munia rite obeunda se exercere dictitabant: cuius rei prae ceteris vadem damus eumdem Chaeronensem, qui de Mnesiphilo Phreario sic scribit: την καλουμενην σοφιαν, ουσαν δε δεινοτητα πολιτικην, και δραστηριον συνεσιν, επιτηδευμα πεποιημενου, και διασωζοντος, ὥσπερ αἵρεσιν εκ διαδοχης απο Σολωνος, ἣν οἱ μετα ταυτα δικανικαις μιξαντες τεχναις, και μεταγαγοντες απο των πραξεων την ασκησιν επι τους λογους, Σοφισται προσηγορευθησαν. Τουτῳ μεν ουν ηδη πολιτευομενος επλησιαζεν. *Quam vocant sapientiam; quae scientia erat Reipublicae gerendae, et prudentia negotiosa, amplexus est, et tenuit veluti Sectam ex successione Solonis, quam sequentes cum artibus coniunxerunt forensibus, et ab actu rerum traiecerunt meditationem ad verba, unde Sophistae sunt adpellati: ceterum ad hunc quum iam accessisset, ad Rempublicam se adplicuit. Vit. Themist.* pag. 112. Contra hos itaque argumentatur Empiricus probans eos adeo esse inutiles, immo et perniciosos, ut ipsos et Thales Cretensium, et Lycurgus Spartanorum legislator, aliique a suis civitatibus eiecerint; rectoresque urbium non eloquentes, sed morigeros ac prudentes habere conati sint. *Adversus Rhet.* Lib. II. pag. 292, et seqq. Quare ad falsam eorum eloquentiam transfert Tatianus, pag. 7, scommata adversus malos poëtas ab Aristophane conscripta *in Rhanis* v. 92.

Aristoteles pariter, quum in id incumberet, ut ostenderet usu potius, quam declamationibus Politicam esse ediscendam; Sophistas carpebat, quod politicos in schola sua efficiendos sponderent. Duo praesertim addidit, quae quum Philodemo nostro adprime concinant, in medium adferenda ducimus, Τα πολιτικα επαγγελλονται μεν διδασκειν οἱ Σοφισται, πραττει δε αυτων ουδεις. αλλ' οἱ πολιτευομενοι, οἱ δοξαιεν αν δυναμει τινι τουτο πραττειν, και εμπειριᾳ μαλλον, η διανοιᾳ...

των δε Σοφιστων οἱ επαγγελλομενοι, λιαν φαινονται πορρω ειναι του διδαξαι. ὁλως γαρ ουδε ποιον τι εστιν, ουδε περι ποια ισασιν. *Rerum publicarum administrandarum scientiam docere se profitentur Sophistae: eorum tamen administrat Rempublicam nemo; sed ii, qui in Republica gerenda versantur; qui quidem vi et facultate quadam freti, usuque potius, quam mentis agitatione hoc agere videri possent ...... Iam vero Sophistae, qui hanc facultatem se tradituros pollicentur, ab eo longissime videntur abesse, ut docere possint; nam neque quid ea sit, nec quibus in rebus versetur, sciunt. Ethic.* Lib. X. cap. ult.

In huiusmodi autem sententia Aristoteles Platonis praeceptoris sui vestigiis institisse videtur, qui Sophistam iuvenum, divitumque εμμισθον θηρευτην, *mercenarium venatorem.... earum disciplinarum, quae ad animum spectant*, εμπορον, *mercatorem, et* καπηλον, *cauponem, ac suorum ipsius operum* αυτοπωλην, *venditorem appellat.* Immo et *Sophist.* T. I. p. 231. *Edit. Stephan.* γοητην, *praestigiatorem* eum nuncupat. pag. 235. Quare *expellendos Sophistas* censet e Republica, *Polit.* T. II. pag. 291, nec ad eos *mittendos iuvenes* docet, *Men.* T. II. p. 91 et seq. quia Sophistae *verae Reipublicae rationem non tenent. Tim.* Tom. III. p. 19.

Porro Epicurus ad Rempublicam gerendam non esse adcedendum docebat; in qua sententia Socratem, Platonem, Aristotelem, aliosque aut magistros, aut sectatores habuit. Hos contra Stoici acriter hac de re contendebant. Vide Cic. *De Orator.* Lib. III. cap. 17, et *De Offic.* Lib. I. cap. 9 et 20, Epictetum apud Arrian. Lib. III. cap. 7. Certe quidem multi ex Stoicis, uti Zeno, Cleanthes, Chrysippus, quum sapientem ad capessendam Rempublicam adhortarentur, ipsi tamen laudatam Epicuro tranquillitatem sequuti sunt; quod et animadvertit Plutarchus *De Stoicorum Repugnant.* pag. 1033. *Francofurti* 1599. Porro si verae sunt interpretationes, quas Gassendus in hoc Epicuri dogma sollerter proposuit, eae per Philodemi doctrinas adprime illustrantur. Gassendus enim censet Epicurum philosopho mandasse ου πολιτευεσθαι eo sensu, ut id non ageret invita Minerva; sed ad Rempublicam suscipiendam illum dumtaxat instigasse, *qui actuosus sit, publicisque rebus gerendis idoneus. Ad Lib. X. Laert. Not.* p. 82. *Florent.* 1727. Hanc quoque fuisse Epicureorum sententiam Cicero *Orat. pro Sextio* Cap. X testatur; aiebant enim: *Sapientes omnia sua caussa facere: rempublicam capessere hominem bene sanum non oportere: nihil esse praestabilius otiosa vita, et plena et conferta voluptatum: eos autem, qui dicerent dignitati esse serviendum, reip. consulendum, officii rationem in omni vita, non commodi esse ducendam, subeunda pro patria pericula, vulnera excipienda, mortem oppetendam, vaticinari, atque insanire.* Quam sententiam Seneca, quamvis Epicureis infensus, aliquo modo tuetur; quum docet *Sapientem magis prodesse generi humano*, si illud erudiat, et veritates, quas in otio pervestigavit, tradat, quam si rempublicam administret; ac *Zenonem, et Chrysippum maiora egisse, quam si duxissent exercitus, gessissent honores, leges tulissent, quas non uni civitati, sed toti generi humano tulerunt. De Otio Sapientis.* Capit. XXX et *De Tranquillitate animi*, Capit. III. Similia habet Epictetus in *Enchiridio* cap. XXXI.

Quare mirum non est, si noster Philodemus, quem Epicureum vidimus *Praef. ad I. Vol.* pag. 2, Sophistas insectetur, idque a Columna VII. ad XV. usque pluribus efficere conetur. Quum enim nec rerum publicarum ex Magistri placitis amore urgeretur, nec iuventutem ad id urgendam existimaret; quumque aliunde homines natura sua ab huiusmodi negotiis alienos ad ea non

esse obnixe adigendos arbitraretur, atque αγαθον ἑκαστου την ἡδονην, *bonum cuiusque esse voluptatem* diceret, ut ait Theodorus Prodromus *in Amor.*; aegre ferebat, quod Sophistae iuvenes ad rempublicam impellerent, idoneosque per Artem suam efficiendos pollicerentur. Gratiae igitur ei habendae sunt, quod Epicuri hac de re sententiam nimis breviter a Laërtio indicatam, et ab aliis Scriptoribus modo in bonam, modo in malam partem expositam, luculenter et fuse in nostro volumine explicarit.

Concludit denique tractationem suam *Column.* XIV. iisdem pene verbis, quibus utitur Empiricus: ει τεχνη παντως εστιν ἡ Ῥητορικη, ητοι τω εχοντι, η ταις πολεσιν εσται χρειωδης, ὡς και αἱ λοιπαι των τεχνων· ουτε δε τω εχοντι, ουτε ταις πολεσιν εστιν ωφελιμος, ὡς παραστησομεν. *Si ars est omnino Rhetorica, aut ei, qui ipsam habet, erit utilis, aut civitatibus, uti ceterae artes: sed neque ei, qui ipsam habet, neque civitatibus est utilis, ut ostendemus.* pag. 294.

ΦΙΛΟΔΗΜ
ΠΕΡΙΡΗΤΟΡΙΚ

ΑΡΙΘΜΟΣΧΕ

Gio. B. Malesci dis.

Luigi Corazza inc.

ΤΗΣΕΚΤΩΝΔΙΔΑΣ
ΛΕΙΩΝΤΟΥΤΩΝΕΥΡΥΘΜΙ
ΑΣΙΚΑΝΩΣΧΑΡΙΕΣΤΕ
Ι ΓΕΓΟΝΑΣΙΚΑΙΕΝΔΗ
ΙΣΚΑΙΕΝΕΚΚΛΗΣΙΑΙΣΚΑ
ΓΑ ΡΤΑΧΑΚΑΙΠΟΗΤΙΚΩΝ
ΙΦΙΛΟΣΟΦΩΝΜΑΘΗΜΑ
ΤΙ ΜΕΤΑ ΧΟΝΤΕΣΤΙ
ΝΑ ΑΝΗΡ ΤΟΡΙΚΗΚΑΙ
Π ΒΛΑΠΤ ΣΑΓΑΡΕΚ
Τ ΥΣΕ ΝΣΑΓΑΘΑΠΟΛ
ΥΕ ΒΑΛΛΟΝΤΟ
ΚΕΚ

COL. I

Gio Bª Malesci dis. Luigi Corazza sc.

COLUMNA I.

. . . . δια της εκ των διδασκαλειων τουτων ευρ̊υθμιας ἱκανως χαριεστεροι γεγονασι και εν δημοις, και εν εκκλησιαις· και γαρ ταχα και ποιητικων και φιλοσοφων μαθηματων μετασχοντες. Τινα δ' αν ἡ Ρ'ητορικη και ποιει. βλαπτουσα γαρ εκ της φυσεως, αγαθα πολλα μεν, ἑως προεβαλλοντο, φθειρει εν τοις κεκτημενοις

. . . . per elegantiam hisce institutionibus comparatam satis gratiosiores facti sunt tum in curiis, tum in concionibus publicis : fortasse enim poëticis quoque, et philosophicis disciplinis imbuti sunt. Quaedam vero Rhetorica etiam facit; quum enim natura sua noceat, bona multa quidem, quamdiu producebantur, corrumpit in illis, qui ea possederunt

CAP. I.

Quid praestet Rhetorica, et cur Rhetoribus pecunia detur.

ADNOTATIONES.

Lin. 1. et seqq. Εκ των διδασκαλειων τουτων ευρυθμιας ἱκανως χαριεστεροι γεγονασι) Diphthongum ει pro simplici ι, quod *atticissantium* esse docuit Martorellius *De Thec. Calam.* Lib. II. c. 5. p. 5. in MSS. Herculanensibus identidem occurrere, uti in verbo διδασκαλειων heic videmus, alibi adnotatum est. V. Volumen II. p. 50. Mox etiam legemus passim πολειτικην, et πολειτικον, pro πολιτικην, et πολιτικον. Etsi autem διδασκαλειαι quibuslibet *Doctrinis* indicandis passim a Scriptoribus adhibeantur, peculiari tamen sensu ad Sophisticas significandas usurpari videntur, uti a Nostro Auctore, ita etiam ab Aristotele *De Reprehens. Sophist.* Lib. II. cap. 8. Quasnam autem *Disciplinas* Philodemus in praecedentibus pagellis temporis iniuria deperditis recensuerit, quas etiam heic innuerit per verbum τουτων, ex aliis potius Scriptoribus possumus eruere: ac praecipue ex Platone, quem Tullius *Orat.* XLII. *exagitatorem omnium Rhetorum* adpellat. Vide itaque *Euthydemum* T. I. p. 273. 276. 294, et 303. *edit. Steph.* Quod autem per earum elegantiam *gratiosiores* fierent Rhetores, ipse Plato exposuit in *Sophista*, ubi eorum illecebras memorat p. 255. eorumque Artem modo φανταστικην p. 236, 239., modo ειδωλοποιητικην p. 235., modo τεχνην γοητων, και μιμητων *ibid.* et επῳδων *in Euthydemo* p. 289. nuncupat. Re sane vera Sophistis comparanda erat ea *gratia*, quam in *omnibus artibus* εικαστικαις ipse Plato requirit *De Leg. II.* T. II. p. 667. quaeque χαριεστερους eos efficiebat, ut inquit Philodemus. Neque enim mirum videri debet, si Epicureus Auctor ob *Disciplinas* excultas Rhetores carpat; quippe eius Magister πολυς εγινετο των Μαθηματων κατηγορος, *multus in reprehendendis, insectandisque Disciplinis fuit.* V. Sext. Emp. *Advers. Mathem.* L. I. §. 3.

Lin. 6. et seqq. Ποητικων, και φιλοσοφων μαθηματων) Omissa vocali subiunctiva habes heic ποητικων pro ποιητικων, cuiusmodi exempla Herculanensium voluminum lectio passim praebet. Vide ipsius Philodemi Librum *De Musica Schol. ad Col. VI.* p. 32. et Librum VIII. col. IX. et XIII. Philodemi *De Vitiis, et oppositis Virtutibus*, quem modo in lucem edidimus, ubi perspicue notatur εμποει. Vide etiam Martorellium l. c. pag 525. Quapropter non abs re duximus paullo post verbum ποει pro ποιει refingere, id etiam suadente interstitii brevitate. Quod autem επιθετικως non φιλοσοφικων, sed φιλοσοφων scripserit Noster Auctor, neminem offendere poterit, qui meminerit Plutarchum *De Genio Socratis* φιλοσοφα μαθηματα, et φιλοσοφον προθυμιαν p. 584. T. II. *Franc.* 1599. nec non et Philonem *Vita Mosis* L. I. φιλοσοφα διαταγματα scripsisse. Latine etiam huiusmodi locutio occurrit; Pacuvius enim apud Gellium *Noct. Act.* Lib. XIII. c. 8. *Ego*, inquit, *odi homines ignava opera, philosopha sententia.* Iam vero quod Philodemus heic de Sophistis agat, satis eruimus a Platone, qui tametsi *De Rep.* Lib. X. T. II. p. 607. *inter poësim, et philosophium veterem dissensionem fuisse* adfirmet, utriusque tamen studio saepius tradit Sophistas incubuisse. Nimirum quod poëticis imbuerentur disciplinis, habes in *Protagora* p. 347. quod autem Philosophiae vacarent, legimus in *Sophista* T. I. p. 253, ubi etiam docet *immane discrimen inter Sophistam, et Philosophum interesse*; quemadmodum et in *Protagora Sophisticam Artem philosophiae* καρκινωμα adpellat (V. Argum. Serran. p. 308.) et *ibid.* p. 312. expendit, quanam in re versentur ea σοφα, quorum peritus est Sophista. Ceterum Cicero demonstrat *neminem Oratorem habendum, qui in omnibus artibus, quae sunt libero dignae, non sit perpolitus*: *De Orat. I. 16. sed praecipue poëtas cognoscere debere ob summam eloquentiae cum poësi adfinitatem*: *ibid.* I. 16. et 34. II. 14. Addit etiam idem Oratorum Princeps iuvenes eloquentiae studiosos debere *omnes philosophiae locos habere notos ac pertractatos. ib.* I. 31. *Fat.* II. et *in Oratore* XXXIII. Quintilianus quoque *poëtarum commenta Oratori noscenda*: *Inst. Orat.* Lib. XII. c. 4. atque *eorum lectionem ex Theophrasti auctoritate ei utilissimam esse* docuit: *ibid.* Lib. X. c. 1. quemadmodum *philosophiam* ipsi *omnino necessariam* alibi ostendit: *ib.* Lib. XII. c. 2. At vero ex Epicuri mente heic loquitur Philodemus, dum Sophistas reprehendit, quod poësi, ac philosophia sedulo instruerentur. Profecto quod ad poëticen adtinet, *Epicurus universam poëticen repudiavit*, uti legimus apud Heraclidem Ponticum *Alleg. Hom.* p. 411. inter *Opusc. Myth.* Amst. 1688. et *coëgit, ut arrepta lintre adolescentes poësim fugiant, et praetervehantur*: Plutarch. *De Audiendis Poëtis* p. 15. T. II. *Franc.* 1599. Addendum est illud praeclarum Tullii testimonium: *an Epicurus tempus in Poëtis evolvendis con-*

sumeret, *in quibus nulla solida utilitas*, *omnisque puerilis est delectatio*? *De Finibus* Lib. I. De philosophia vero, ac praecipue de Dialectica quam male ille senserit, ipse Cicero commemorat, dum ait: *quod definire, quod partire, quod colligere neque sciat, neque doceat*: *De Fin.* L. I. 22. et II. *Academ.* L. IV. *Tuscul.* L. III. et V. *De Natur. Deor.* L. I. Quare Plutarchus apud Gellium docet *Epicurum imperfecte*, *praepostere*, *inscite syllogismo usum fuisse*: *Noct. Att.* L. II. c. 8. et Laërtius ipsum Dialecticam, ut supervacaneam, repudiasse testatus est. L. X. §. 31.

Lin. 8. et seqq. Ποει) Spatioli brevitas, littera initialis, ac ipse sensus verbum hoc omnino requirere videntur. Quid autem *faciat Rhetorica*, ex Epicuri mente explicare licebit. Is enim docuit nihil, nisi perspicuitatem, effici per Rhetoricae praecepta; εν τῳ περι Ῥητορικης αξιοι μηδεν αλλο, η σαφηνειαν απαιτειν· *in libro de Rhetorica censet se nihil aliud*, *nisi perspicuitatem*, *ab ea requirere.* Diog. Laërt. L. X. §. 13. Porro huiusmodi *perspicuitatem* ipse Diogenes in Epicuro commendat, eumque dicit *quasi catenis* audientium animos detinuisse. Hinc Cicero, qui ait: *Epicurus necnon vult, si potest, plane, et aperte loqui*, testatur se istius Philosophi *oratione non offendi; nam et complectitur verbis*, *quod vult*, *et dicit plane*, *quod intelligam*: *De Fin.* Lib. I. n. 5. Seneca quoque Epicuri stylum, eiusque apertas sententias laudat: Epist. XXII. et XLVI. Quin etiam Epicurum *scitum alioquin*, *et elegantem* existimatum fuisse narrat Themistius *Orat. II.* p. 52. *Paris.* 1618. Quamobrem Noster Philodemus Praeceptoris sui vestigia sequens, fortasse censet Rhetoricam aliquid efficere, nempe ut *oratio clara*, *et perspicua reddatur.* Si quis autem autumet hunc potius verbis τινα ποιειν innuere per Rhetoricam ea effici, quae in sequenti commate explicat, ut scilicet naturalia mentis bona corrumpantur; sensus huiusmodi tum ex contextu, tum ex cognitis Epicureorum opinionibus satis comprobari poterit; ac propterea nos minime intercedimus.

Lin. 10. et seqq. Βλαπτουσα κ. λ.) Hariolando periodi κωλον supplevimus, sed hariolationis adcipe causam. Epicurus Rhetoricam κακοτεχνιαν, *malam artem* adpellavit. V. Ammian. Marcell. *Rer. Gest.* Lib. XXX. n. 4. p. 577. Lege, si placet, quae ad hunc locum notavit Henricus Valesius. Quapropter et ipse *neglexit collocationem*, *et temperamenta verborum*, ex Dionys. Halicarnass. *De Collocatione verborum* L. I. n. 24. et Nausiphanen, quod is esset *Rhetorices studiosissimus*, insectatus est, uti legimus apud Sext. Empiric. *Adversus Mathem.* L. I. §. 3. Censuit profecto Rhetoras, qui ex Arte sua politicos sermones excudendos curabant, naturalem eloquutionem corrumpere; ac naturae potius, quam Arti adseruit tribuendam esse facultatem rectos efficiendi sermones. Ὁ δε γε Επικουρος εν τῳ περι Ῥητορικης αυθαδεστερον, οιμαι, λεγων φησιν, αυτος μονος εὑρηκεναι τεχνην πολιτικων λογων, τους δε αλογους αποσκορακιζων Ῥητορας ἑαυτῳ πως μαχομενα λεγει· Φυσις γαρ εστιν ἡ κατορθουσα λογους, τεχνη δε ουδεμια. *Epicurus autem in Libro de Rhetorica*, *qui nimis audacter*, *ut arbitror*, *loquens dicit se solum invenisse artem politicos sermones condendi*, *imperitos Rhetoras insectatus*, *sibi aliquando parum constans*, *inquit*: *natura enim est*, *quae rectos sermones efficit*, *nulla autem ars.* Scholiast. Hermogen. p. 577. *Edit. Ald.* 1509. Quum itaque Epicurum ita de Rhetorica sensisse in comperto nobis esset, quo melius verba Philodemi refingeremus, tria quoque Sexti Empirici loca notavimus; et hunc selegimus nostrae investigationis ducem, qui Pyrrhonis licet placitis obsequeretur, in hac tamen quaestione, ut notum est, Epicureis mirifice adsentiebatur. Ait itaque *Advers. Mathem.* L. II. §. 41. ἡ Ῥητορικη, προς τῳ μη χρησιμευειν τι, και βλαβερα καθεστηκεν, §. 49. ετι και κακοτεχνια γενησεται, ὁτι βλαπτικωτατοις ενυποδυεται λογοις. §. 101. εγκωμιαζουσα επι τοις μη ουσιν αγαθοις, προσδιαφθειρει τους εγκωμιαζομενους. *Rhetorica*, *quum in nulla re sit utilis*, *est etiam noxia*....*erit insuper et pravum artificium*, *quia maxime noxias suscipit orationes*...*laudans propter illa*, *quae non sunt bona*, *laudatos corrumpit.* Habes igitur in hac περιοχη, et in praecedenti Epicuri sententia, cur noxia dicatur Rhetorica, quid naturae potius, quam arti tribuatur, et quomodo bona a natura conlata per eam corrumpantur. Quid denique mutilam Nostri Auctoris sententiam, integramque periodum compleverit, aliis, quos subiecta lacuna haud deterreat, divinandum relinquimus.

ΞΙ ΜΕΝΗ ΩCΟΥΚΑΝ
ΠΟΤΕΠΡΟCΗCΑΝΤΟΙC
ΡΗΤΟΡΙΚΟΙCΑΡΓΥΡΙΟΝΔΙ
ΔΟΝ ΕCΕΙΜΗΤΟΔΗ
ΜΗΓ ΕΙΝΚΑΙΔΙΚΟΛΟ
ΓΕΙΝC ΤΕΧΝΗCΑΥ
ΤΩΝΓ ΓΙΝΕΤΟΤΕ
ΛΕΙΩC ΤΡΕΦΟΝΤΑΙ
ΠΑΧΕ ΤΟΝΓΑΡΑΥ
ΠΟΡΕ ΝΟCΤΙ Ν
ΤΡΟΠ ΞΙΩ
ΟCΙΝ ΙΗ
Λ
ΟΥΔ
Μ
ΛΟ Τ
ΦΙΛΛ
ΤΕΛΕ
CΙΝ
ΔΙΑΦΟ
ΕΚΑCΤ
ΜΕΝΑCΔ
ΓΕΛΛΟΜΕ
Κ
ΡΑΛΕΓ Μ
ΠΑΡΑΜΕΤ
ΜΕΙCΟΥΔΕΤ
ΘΑΙΤ CΡΗΤΟΡ
ΝΕΚΤΕ
ΝΕCΤΑΙΤΟΥ Α
ΖΕCΘΑΙΠΟΛΕΙΤ
ΤΟΤΗCΡΗΤΟΡΙΚ
ΗΝΟΥΧΕΝΕ

COL. II

Gio. B.ª Malesci dis. Luigi Corazza inc.

COLUMNA II.

.... Φησιν ὁ Αναξιμενης, ὡς ουκ αν ποτε προσησαν τοις Ρ'ητορικοις αργυριον διδοντες, ει μη το δημηγορειν, και δικολογειν, ὡς απο τεχνης αυτων, προεγινετο τελειως· οἱ δε τρεφονται παχεως. Τον γαρ αυπορευομεν, ὁστις ων τροπων αξιων ....

. . . .

. . . . εκ τεχνης, τεκμηριον εσται τȣ κατασκευαζεσθαι Πολειτικην απο της Ρ'ητορικης. Αλλα μην ουχ ἑνεκα

.... dixit Anaximenes, quod nunquam homines Rhetoricis adcederent pecuniam dantes, nisi prius, quasi ex ipsorum arte, perfecte fieret, ut concionentur, et caussas perorent: isti autem laute pascuntur. Ei enim nostra negotia agenda committimus, qui quum sit dignis moribus praeditus.....

. . . .

.... ex arte, argumento esse, quod Politica per Rhetoricam adquiratur. At vero non quia

Lin. 1. Φησιν ὁ Αναξιμενης). Quis fuerit iste Anaximenes, quum multi hoc nomine celebrati Scriptores extiterint, pro certo definire non ausim. Illud tamen extra dubitationis aleam positum videtur, ipsum fuisse Rhetorem, aut saltem Rhetorum patrocinium suscepisse; siquidem obiectioni ab eo propositae satisfacit heic Philodemus. Porro si Cratetis, et Aristarchi Πιναχας Περγαμηνους, aut Callimachi Πιναχας Ῥητορικους a Dionysio Halicarnasseo laudatos *Iud. De Din.* p. 112. et 118. aut librum Heronis περι αρχαιων Ῥητορων, cuius Suidas v. Ἡρων meminit, tempus nobis non invidisset; facilius esset ad huius Anaximenis notitias investigandas procedere. Verum Fabricius in *Elencho Oratorum, Rhetorumque celebriorum, ac Sophistarum Bibl. Gr.* L. IV. c. 34. duos Sophistas *Anaximenis* nomine insignes recenset. Eorum primus, Chius genere, a Luciano in *Herod.* sive *Aëtione* n. 3. memoratur: Σοφιστης Αναξιμενης ὁ Χιος.... λογους ελεγεν αει προς την πανηγυριν, αφ᾽ ὼν γνωριμος εν βραχει εγινετο. *Sophista Anaximenes Chius...semper orationes habuit ad Panegyrim, per quas nobilis brevi factus est.* Alter Anaximenes Lampsacenus, cognomento *Iunior*, adpellatur, quem alioquin Pausanias *Eliac. Poster.* p. 376. et seqq. *Hanov.* 1613. cum Chio unum eumdemque facere videtur, uti notavit Valesius ad Harpocrationem. Quidquid autem hac de re sit, Lampsaceno sententiam a Philodemo adlatam censemus adscribendam. Pausanias enim plura ab eo callide dicta refert, eumque testatur πεφυκεναι Σοφιστην, και Σοφιστων λογους μιμεισθαι ... ουδε ειπειν τις αυτοσχεδιως Αναξιμενους προτερος εστιν εὑρηκως· *ingenio fuisse Sophistam, et Sophistarum orationes imitatum... nec quispiam, qui ex tempore diceret, prior Anaximene inventus est.* Hunc etiam Laërtius Lib. VI. §. 57. Ῥητορα παχυν adpellat, atque a Diogene Cynico, dum dissereret, lepido scommate abruptum narrat. Ipsum praeterea non modo historias conscripsisse, sed etiam παραγγελματων τεχνικων συγγραφη, και αγωνιστην λογων ῥητορικων fuisse constat ex eodem Auctore in *Anaximen.* Lib. II. Idem tradunt Pausan. l. c., Harpocration v. Μαστειρα, et v. Καβυλα, Athenaeus *Dipn.* Lib. VI. p. 121. Suidas v. Αναξιμενης, Plutarch. in *Vit. Cic.* p. 887. *Franc.* 1699. Strab. Lib. XIII. p. 589. Dion. Halicarn. *Epist. ad Ammaeum*, Quintil. *Instit.* Lib. III. c. 4. aliique, quos recenset Meursius *ad Chalcidium* p. 37. et seqq. et in *Bibl. Gr.* p. 1095. *Op.* T. III. *Flor.* 1844. Vide etiam Vossium *De Histor. Graec.* p. 75. et seqq. Quin immo Victorius *Praefat. in Genuina Aristotelis Rhetorica*, et *Var. Lection.* lib. XIV. c. 2. cui adcedunt Nunnesius *Not. in Phrynicum* p. 56. atque Aldobrandinus *Not. in Diog. Laërt.* Lib. II. segm. 3. evincere conatus est, huic Sophistae tribuendam esse *Rhetoricam ad Alexandrum*, quae inter Aristotelis scripta circumfertur. Quum igitur Anaximenem Lampsacenum teneamus Sophistam fuisse, Sophistarum orationes affectasse, easque ex tempore ante caeteros frequenter habuisse, immo et artis Rhetoricae tradidisse praecepta; nemini absurdum videri poterit, si ei argumentum, quo Rhetoricorum Ars defenditur, et *perfecte* dicendi ostenditur magistra, probabili coniectura tribuamus. Patet etiam ratio, qua vocem ξιμενης, capite minutam, Αναξιμενης legendam duximus, eique verbum φησιν, quod sensus omnino postulabat, praeposuimus.

Ibid. et Lin. seqq. ὡς ουκ αν κ. τ. λ.) Ut nostrae lectionis ratio constet, et argumenti ab Anaximene propositi vis elucescat, pauca quaedam adnotemus, oportet. Antiphon primus esse dicitur, qui ob defensum negotium exegerit a civibus suis mercedem. Φασι δε Αντιφωντα ... μισθου συνηγορησαι πρωτον δικανικον λογον· *Narrant Antiphontem...primum pretio vendidisse iudicialem orationem*: ita Clemens Alexandr. *Stromat.* L. I. p. 308. et seqq. *Antiphon ille Rhamnusius, quem ob defensum negotium omnium primum antiquitas prodidit adcepisse pecuniam.* Ammian. Marcellin. *Rer. Gest.* L. XXX. n. 4. Quamobrem *a Platone avaritiae nota inuritur.* Κωμῳδει δ᾽ αυτον εις φιλαργυριαν Πλατων εν Πεισανδρῳ, inquit Photius *Biblioth.* v. Αντιφων. Immo hanc rem, utpote illiberalem, etiam ab ipsis Comicis ei obiectam fuisse scripsit Philostratus. *Vit. Sophist.* L. I. n. 15. Καθαπτεται δ᾽ ἡ Κωμῳδια του Αντιφωντος, ὡς δεινου τα δικανικα, και λογους κατα του δικαιου ξυγκειμενους αποδιδομενου, πολλων χρηματων, αυτοις μαλιστα τοις κινδυνευουσιν. *Antiphontem autem Comoedia quoque adrodit, quod in iudicialibus negotiis versutia esset terribilis, orationesque adversus aequum iustumque compositas multo aere venderet iis, qui maximo in discrimine versarentur.* Quo factum est, ut Sophistae eius exemplum sectati, non modo minerval satis amplum a discipulis, quos in Oratoria palaestra exercebant, sed et pecuniam pro orationibus exigerent, ac propterea male audirent. Plato enim Artem Sophisticam χρηματιστικην, ac Sophistas nuncupat χρηματιστας, quia *in re*

facienda erant occupati; rursumque eam nominat χρηματοφθορον, quia *alienas fortunas dilapidabat. Sophist.* T. I. p. 225. et seqq. *ed. Steph.* et paullo post dicit Sophistam νεων, και πλουσιων εμμισθον θηρευτην...εμπορον τινα τα περι της ψυχης μαθηματα· *iuvenum, divitumque mercenarium venatorem...mercatorem quemdam earum disciplinarum, quae ad animum spectant.* p. 331. Aristoteles quoque inquit: εστιν ὁ Σοφιστης χρηματιστης απο φαινομενης σοφιας, αλλ᾽ ουκ ουσης· *est Sophista pecuniarum aucupator ab adparente sapientia, et non existente. De Reprehens. Sophist.* L.. c. 2. Deinde vero propter huiusmodi Sophistarum vitium ipsa Ars Oratoria, uti tradidit Philostratus, omnibus propemodum visa est suspecta. Ανθρωποι κατα μεν τας αλλας επιστημας, και τεχνας τιμωσι τους εν ἑκαστῃ αυτων προυχοντας....Ρ῾ητορικην δε επαινουσι μεν, ὑποπτευουσι δε, ὡς πανουργον, και φιλοχρηματον. *In aliis quidem disciplinis, et artibus homines honore afficiunt eos, qui in istis maxime excellunt...Artem vero Oratoriam laudant quidem, sed tamen suspectam habent, ut callidam, opibusque studentem. Vit. Sophist.* L. I. n. 15. At vero Anaximenes, ex adlata a Philodemo sententia, rem aliter expendens, a pecunia, quae Sophistis dabatur, argumentum desumit ad eorum Artem commendandam; quia nunquam homines in illos fortunas suas impenderent, nisi eorum Artem perspectam haberent, et comprobarent.

Lin. 8. et seqq. οἱ δε τρεφονται παχεως) Quo luculentius perspiciatur illud τρεφονται παχεως ad Sophistas referendum, et verba οἱ δε opportune restituta esse; sat erit meminisse, quae de divitiis Sophistarum veteres conscripserunt. Isocratis Oratio κατα των Σοφιστων pecunias nimio studio comparatas Sophistis improbat p. 695. et seqq. *Basileae* 1587. De ipsius Isocratis opibus propemodum infinitis plura habentur apud Plutarch. *Vit. Dem.* p. 848. *Franc.* 1699. et apud Photium v. Ισοκρατης. Vide Budaeum *De Asse* Lib. II. Aeschinem quoque, et Demosthenem opulentissimos ex Arte sua fuisse discimus a Diodoro Siculo *Hist.* l. XVII. p. 489. et a Philostrato *De Vit. Sophist.* L. I. n. 18. et 25. Herodes pariter et locuples fuit, et αριστα ανθρωπων πλουτῳ εχρησατο, *et optime omnium hominum divitiis usus est.* Plato denique Hippiam Sophistam ita inducit loquentem: ει γαρ ειδειης, ὁσον αργυριον ειργασμαι εγω, θαυμασαις αν... εν ολιγῳ χρονῳ πανυ πλεον, η πεντηκοντα και ἑκατον μνας ειργασαμην· *si enim nosses, quantum ego fecerim pecuniae, admiratione profecto rapereris....intra paucos dies multo plus, quam centum et quinquaginta minas collegi. Hippias Maior* T. III. p. 282. *Edit. Steph.* Alibi etiam idem Philosophus ex persona Socratis narrat Gorgiam Leontinum, et Prodicum Ceum adcepisse multam eadem de causa pecuniam; et de Callia Hipponici filio haec scribit: τετελεκει χρηματα Σοφισταις πλειω, η ξυμπαντες αλλοι, *plures pecunias tribuit Sophistis, quam omnes alii. Apolog. Socrat.* T. I. p. 20. Itaque Anaximenes ad hanc Sophistarum fortunam animum intendens, iure meritoque adseruit *eos laute pasci*, uti refert Philodemus.

Lin. 9. et seqq. αυ πορευομεν) Post adverbium παχεως finem habet periodus; quod utique tum sensus, tum lineola versui subiecta ostendit. Et quoniam solet perbreve spatiolum ante insequentem periodum ab Amanuense vacuum relinqui, fortasse τον pro αυτον legendum erit; nostram autem interpretationem utraque lectio sarctam tectam servat. Hunc itaque ex mutila sententia superstite sensum excudimus: *ei enim nostra negotia committimus, qui, quum dignis moribus praeditus sit, ut ad ea bene agenda omnem voluntatem adhibiturum speremus, tanta etiam arte pollere videatur, ut feliciter effecturus sit, quae pro sua voluntate sibi proposuerit.* Porro adverbium αυ interpretamur *utique*, aut quid simile, cuiusmodi exempla non desunt; est enim interdum pro δη, et interdum παραπληρωματικον, uti docet Hesychius h. v. Verbum autem πορευειν modo αγαγειν, modo πεμψαι, teste eodem Lexicographo, significat, non solum apud poëtas, sed etiam apud prorsae orationis scriptores; ita sane est apud Platonem in Phaedro, quod et Euripidis Scholiastes in *Hecub.* v. 444. animadvertit. Quare non abs re heic illud vertimus *mittere aliquem* suppl. *ad agenda negotia.* Ceterum ad alias pene innumeras significationes hoc breve κομμα deduci posset, in quibus diutius immorari otiosum negotium omnino censemus.

Lin. 29. et seqq. το τεχνης, κ. τ. λ.) Quo haec respiciant, ex iis, quae sequentur, liquido patebit; ubi Philodemus Sophistas refellet, qui per Rhetoricam se ad Politicam absolute profitendam idoneos effici iactabant. Mox in Col. VI. legemus τεκμηριον ειναι του κατασκευαζεσθαι πολειτικην εκ της τεχνης Ρ῾ητορων, unde supplementum nostrum satis confirmabitur.

ΤΟΥΚΟΙΝΟΙ ΗϹΑΙΜΕΝΟΝ
ΤΟΤΕΚΜΗΡΙΟΝΕΙΡΗϹΘΑΙ
ΤΟΥΤΟΝΟΜΙ ΕΟΝΤΠΡΟϹΗ
ΜΩΝΑΛΛΑΤΑΙϹΑΛΗΘΕΙΑΙϹ
ΚΑΙΠΛΑΙ ΝΤΑΙΠΑΝΤΕϹ
ΟΙϹΟΦΙϹΤ ϹΑ ΓΥΡΙΟΝΑ
ΝΑΛΙϹΚ ΙΤ ϹΟΤΑΝΓΑΡ
ΑΚΟΥϹΩϹ ΥΤΩΝΕΝ
ΤΑΙϹΔΕΙΞ ΚΑΙΤΑΙϹΠΑ
ΝΗΓΥΡΕϹ ΙΝ ΕΠΙ
ΚΟΥΡΟϹΚΑ ΧΑΓΩΓΗ
ΘΩϹΙΔΙΑ ΙΝΑΙΠΕ
ΡΙϹΥ ΒΟ ΝΟϹΤΟΝ
ΛΟΓΟ ΝϹΥΜ
ΦΕΡΟΝ ΝΤ
ΕΚΚΛ ΟΙϹΔΙ
ΚΑϹΤΗΡ ΝΕΤΑΙΕΝ
ΜΕΝΓΑ ΥΠΕΡ
ΤΟΥϹ ΝΚΕΙΜϹ ϹΔΗΛΕ
ΓΟΜΕΝΟΙ ΚΙΝΔ ΝΕΥΟΝ
ΤΕϹΟΤΑΝ
ϹΙΝΟΤΑΝΔΕΔΙ
ΤΟΝΟΡΚΟΝϹΟΒΟ ΜΕΝΟΙ
ΠΡΟϹΕΧΟΥϹΙΤΟ ΝΟΥΝ
ΤΟΙϹΛΕΓΙ ΙϹΕΝΔΕΤΑΙ
ΠΑΝΗΓΥΡΕϹΙΚΑΙΔΕΙΞΕ
ϹΙΤΩΝϹΟΦΙϹΤΩΝΟΥΘΕΝ
ΟΥΘΥΠΕΡ ΚΟΥΦ ΝΤΙΖΟΝ
ΜΩΜΟΚΑϹΙΝ
ΝΕΙΝΟΥΘΥΠΕΡ
ΛΕΝΩΝΕΙϹΥΜ
ΗΜΗΟΥΓΑΡ
ΛΕΜΟΥΚΑΙ

COL. III

Gio. Bta Malesci dis Luigi Corazza inc.

COLUMNA III.

του κοινον νοησαι μενον
το τεκμηριον, ειρησθαι
τουτο νομιστεον προς ἡ-
μων· αλλα ταις αληθειαις
και πλανωνται παντες
οἱ Σοφισταις αργυριον α-
ναλισκοντες. Οταν γαρ
ακουσωσι τουτων εν
ταις δειξεσι, και ταις πα-
νηγυρεσι, Φησιν ὁ Επι-
κουρος, και ψυχαγωγη-
θωσι, δια το μη ειναι πε-
ρι συμβουλιου τινος τον
λογον, ουθεν αν συμ-
Φερον ἐστιν, ὡς εν ταις
εκκλησιαις, και τοις δι-
καστηριοις γινεται. Εν
μεν γαρ τουτοις ὑπερ
του εγκειμενου δη λε-
γομενοις κινδυνευον-
τες, ὁταν μεν δια λογου θε-
σιν, ὁταν δε δι' αυτον
τον ορκον σοβουμενοι
προσεχουσι τον νουν
τοις λεγομενοις· εν δε ταις
πανηγυρεσι, και δειξε-
σι των Συφιστων ουθεν
ουθ' ὑπερ ορκου Φροντιζον-
ται, ὁτι ουχ ὀμωμοκασιν
τι διακρινειν, ουθ' ὑπερ
των λεγομενων, ει συμ-
Φερει ἡ μνημη· ου γαρ
εστιν ὑπερ πολεμου, και

communem consideremus eam, quae est peculiaris ac perpetua nota, propterea hoc a nobis dictum esse censendum est; sed revera etiam decipiuntur omnes, qui in Sophistas pecuniam insumunt. Quando enim illi istos audierint in declamationibus, et panegyribus, inquit Epicurus, atque oblectati fuerint; quia de aliquo consilio ineundo sermo non est, utique nihil utile est; uti in concionibus publicis, ac iudiciis fit. In istis enim, quae de aliqua urgenti re dicuntur, auditores, dum in periculo sunt, aliquando quidem orationis argumento, aliquando autem ipso iureiurando excitati, mentem iis, quae dicuntur, intendunt: in panegyribus autem, ac declamationibus Sophistarum neque ob iusiurandum solliciti sunt, quia non iuraverunt se quidpiam iudicaturos, neque ob ea, quae dicuntur, num scilicet ipsorum prosit memoria; non enim sermo est de bello, et

Lin. . τκοινον νοησαι μενον) Si legendum mavis κοινον ποιησαι, vel κοινοποιησαι, neque litterae supersutes, neque spatium interpositum, neque sensus ipse vetabunt. Nostram vero lectionem idcirco ceteris praetulimus, quod κοινοποιειν in activa Θεσει nusquam invenimus; immo vix ipsum κοινοποιεισθαι in recentiorum Scriptorum libris, quod sciamus, occurrit. Pariter κοινον ποιησαι respuimus, quum hoc satius vertendum videretur *profanum reddere*. At contra νοησαι ταγαθον apud Epicurum Philodemi Magistrum legimus: ου γαρ εγω γε δυναμαι νοησαι τἀγαθον, αφαιρων μεν τας δια χυλων ἡδονας; quod Cicero ita reddit: *non enim habeo, quod intelligam bonum illud, detrahens eas voluptates, quae sapore percipiuntur. Quaest. Tusc.* L. III. n. 46. Porro μενον potius scripsimus, quam μεν ον, quia τεκμηριον ex Arist. *Rhet.* L. I. c. 2. εστι σημειον αναγκαιον . . . τι δεδειγμενον, και πεπερασμενον...και αλυτον: ac propterea μενον, *constanter manens* iure meritoque a Philodemo vocatur. Quintilianus etiam τεκμηρια *vocat argumenta necessaria, quae aliter habere se non possunt...suntque signa insolubilia. Inst. Orat.* L. V. c. 9.

L. 5. πλανωνται) Ut cum praecedenti usitatissima phrasi ταις αληθειαις quaedam antithesis haberetur, utque sententia Epicureo Philosopho Sophistas contemnente digna elucesceret, hoc verbum restituimus. Cur autem *decipiantur* ii, qui *pecuniam in Rhetoras impendunt*, perspicue colligimus ex hisce Sexti Empirici verbis: οἱ εξηκριβωκοτες επι πλειον, και επι πλειον εκπονησαντες τον τεχνικον της Ῥητορικης λογον αδυνατουσιν ῥητορευειν επι δικαστηριων, και αγορας . . . . Ὡς ὁ συμπας οιδε βιος, οἱ σοφιστευοντες επ' ακρον μεν την Ῥητορικην εξησκησαν τεχνολογιαν, ιχθυων δη αφωνοτεροι επι της γης ὑπαιθρου θεωρουνται. *Qui multum in adcurata Rhetorum disciplina versati sunt, multumque laboris posuerunt, ut secundum Artis praecepta orationem concinnarent; ii oratoris partes implere non possunt in iudiciis, et foro....Ut tota vita testatur, ii, qui Sophistis operam dederunt, summe quidem sese exercuerunt in dicendi artificio; verum in subdialem aream fori delati, cernuntur utique magis muti, quam pisces. Advers. Mathem.* L. II. n. 18. Id etiam animadvertit Seneca: *quum ventum est*, inquit, *in forum, aut deficiunt, aut labant declamatores....Usque eo ingenia in scholasticis exercitationibus delicate enutriuntur, ut clamorem, silentium, risum, coelum denique pati nesciant .... Itaque velut ex umbroso, et obscuro prodeuntes loco, clarae lucis fulgor obcaecat; sic istos a scholis in forum transeuntes omnia nova, et inusitata perturbant. Controv.* Lib. IX. in prooem.

Lin. 10. φησιν ὁ Επικουρος) Quonam in libro hanc sententiam protulerit Epicurus, quis audeat divinare? Is nimirum γεγονε πολυγραφωτατος, παντας ὑπερβαλλομενος πληθει βιβλιων . . . και τα συγγραμματα μεν Επικουρῳ τοσαυτα, και τηλικαυτα, ὡν τα βελτιστα εστι ταδε κ. τ. λ. *fuit plurimorum voluminum Scriptor, adeo ut illorum multitudine cunctos superarit ..... sunt Epicuri volumina tot, ac tanta, ex quibus haec optima sunt etc.* Diog. Laërt. Lib. X. §. 26. et 27. Nemo itaque certo noverit, unde Philodemus haec Magistri sui verba excerpserit: praesertim quum *neminem posse omnia pernoscere, quae scripserit Epicurus* perspectum sit ex Origene *Contra Celsum* L. I. §. 12. Ceterum si hac in re coniecturis indulgere fas est, autumamus, ea Epicurum scripsisse in Libro nuper indicato περι Ῥητορικης. In hoc enim Sophistas exagitatos fuisse minime dubitamus, tum ob ea, quae de Epicuri in Rhetoras sententia exposuimus, tum ob alia, quae eius fidissimus adsecla Metrodorus *Contra Sophistas* in Libros IX. congessit: de quibus consule Laërtium Lib. X. c. 24. Plutarch. in Libro *quod non vivitur iucunde secundum Epicurum* p. 1091. *Francof.* 1699, et Galenum *De Libris propriis* cap. 17.

Lin. 21. δια λογου θεσιν) Hausimus hoc supplementum ex illis Tullii verbis: σοφιστευω *enim, simul ut rus decurro, atque in decursu* θεσεις *meas commentari non desino. Ad Attic.* Lib. IX. Epist. 9. Adposite autem dicitur δια λογου θεσιν, quia Sophistarum Orationibus non ὑποθεσεις, sed proponebantur θεσεις; siquidem de causis *circumstantias* non praeferentibus agebatur. Cuius rei praeter Quintilianum *Instit.* L. III. c. 5. et Senecam *Controvers.* L. I. *in prooem.* testis locupletissimus est Tullius. Ait enim: *quaestionum duo sunt genera, alterum infinitum, alterum definitum: definitum est, quod* ὑποθεσιν *Graeci, nos caussam dicimus: infinitum, quod* θεσιν *illi adpellant, nos propositum possumus nominare. Topic.* Cap. XXI. n. 79. Et alibi: *omnem civilem Orationem in alterutro genere versari, aut definita controversia certis temporibus, ac reis, hoc modo: placeatne à Carthaginensibus captivos nostros, redditis suis, recuperari; aut infinite de universo genere*

quaerentis: quid omnino de captivo statuendum, ac sentiendum sit: atque horum posterius illud genus caussam, aut controversiam adpellant... haec autem altera quaestio infinita, et quasi proposita, consultatio nominatur. De Oratore L. III. 107.

Lin. 22. *αυτον*) Ex ingenio hanc vocem supplevimus, et postmodum legimus ουδ' ὑπερ ορκου φροντιζοντες, ὁτι ουχ ὁμωμοκασιν: sed sensus ipse, et verborum collocatio huiusmodi lectionem inclamabant. Novimus enim Athenis, dum caussae agerentur, iusiurandum fuisse datum a iudicibus in loco flumini Ilisso contermino, qui dicebatur Αρδηττος. Vide Etymol. Magnum, Pollucem, Suidam, Hesychium, et Harpocrationem h. v. Immo tum accusator, tum defensor per σεμνας θεας iurabant se veritatem dicturos, dirisque imprecationibus iuramenta sua confirmabant. Vide Polluc. *Onom.* L. VIII. c. 10. Testes quoque ad iurandum adigebantur, idque ad altare summa cum celebritate fiebat; quem ad finem omnibus in foris erigebantur altaria. V. Potter. *Archaeol. Graeca* Lib. I. c. 21. Porro ex Solonis statuto Athenienses in publicis causis iurare consueverant per triplicem Deum, nempe Ικεσιον, Καθαρσιον, et Εξακεστηριον. Legendus Pollux L. VIII. c. 12. Quanta vero religione veteres iusiurandum reveriti fuerint, ex pluribus Scriptorum locis colligi poterit, ac praesertim ex Macrob. *Saturn.* L. IV. c. 19. unde Ευορκος pro Ευσεβης sumitur apud Hesiod. *Op. et Dier.* v. 188. et apud Aristoph. *Plut.* Act. I. Scen. 2. Contra vero pro ασεβης etiam επιορκον legimus apud eumdem *Nub.* Act. I. Sc. 4. Hisce igitur rationum momentis permoti ad supplementa, quae nuper exscripta sunt, proponenda devenimus.

Lin. 25. et seqq. Εν δε ταις πανηγυρεσι, και δειξεσι των Σοφιστων) Ex voce πανηγυρεσι, quid sibi velint δειξεις Σοφιστων, tametsi ad eas intelligendas Lexicographi parum luminis adferant, satis eruimus, ipsas scilicet fuisse *declamationes*, quibus Sophistae Artem suam *ostentare* satagebant. Nimirum ait Cicero: *at quis est hic? Num Sophistes? Sic enim adpellantur hi, qui aut ostentationis, aut quaestus caussa philosophantur. Acad.* L. IV. n. 72. Alibi vero ab eodem *Rhetor* adpellatur *magister declamandi. In Ant.* II. n. 42. unde ῥητορευειν est *declamitare, quasi Rhetorum more. Ad Attic.* L. IV. Epist. 16. Ab hac autem accusatione liberat se Hippias Sophista apud Platonem, innuens sibi esse propositum, non ut vanas ostentationes, sed ut pulchras orationes elucubret, dum inquit: εκεινο και καλον, και πολλου αξιον οἱον τ' ειναι, ευ, και καλως λογον καταστησαμενον εν δικαστηριῳ, η εν βουλευτηριῳ, η επ' αλλῃ τινι αρχῃ, προς ἡν αν ὁ λογος ῃ, ποιησαντα οιχεσθαι, φεροντα ου τα σμικροτατα, αλλα τα μεγιστα των αθλων, σωτηριαν αὑτου τε, και των αυτου χρηματων, και φιλων. *Illud vero pulchrum, et multi etiam faciendum esse, ut quis possit recte, et pulchre orationem habere in iudiciis, vel in senatu, vel in alio loco, ubi adsit aliquis magistratus; atque ita apud illum dicere, ut fidem facias; ac proinde non minima, sed longe maxima praemia reportare, sui ipsius videlicet, et suarum rerum, amicorumque salutem, et incolumitatem. Hipp. Mai.* T. III. p. 304. *ed. Steph.* De Panegyribus autem, et fictis caussis, quas agebant Sophistae, plura habes in Hermogene *De Ideis* lib. II. Porro excelluit in iis Gorgias Leontinus, teste Philostrato *De Vitis Sophistarum* L. I. c. 9. pluresque alii, quos recenset Fabricius in *Elencho Oratorum, Rhetorumque celebriorum, ac Sophistarum. Bibl. Graec.* L. IV. c. 34.

ΗΝΗΣΟΛΟΓΟΣΥΠΕΡ
ΩΝΑΝΑΓΚΑΙΟΝΕΣΤΙΝ
Α ΤΑΔΗΠΟΤΕΨ ΦΙΣ
ΣΑΣΘΑΙΕΑΝΑ ΚΑΙΥΠΕΡ
ΠΟΛΕΜΟΥ ΕΙΡΗΝΗΣΗ
ΓΗΚΑΙΑΛΛΟ ΙΝΟΣΟΝΕΝ
ΤΑΙΣΕΚΚΛΗ ΣΟΥ
ΤΑΙΣΥΠΕΡΙΚ ΕΠΕ Ν
ΤΟΣΤΙΝΟΣ ΟΥΔΕΙ
ΕΣΤΙΝΕΝΤΩ ΑΡΟΝ
ΟΛΟΓΟΣΩ Φ
Τ ΙΟΝΤΟ
ΑΝΑΓΟΥΝ ΑΙΣΠΑ
ΝΗΓΥΡΕΣΙΝ ΔΥ
ΩΣΑΚΟΥΣ ΜΕΝ
ΕΓΟΜΕΝΟΙ ΟΣΕΧ Υ
ΙΝ Μ ΡΟΝ
ΤΑΗ ΥΜ Ε ΤΑ
ΚΑΙΤΟ ΣΥΝ Λ ΛΗ Ι
ΗΟΥΚΑΛΗΘΗΥΠΑΥΤΟ
ΔΕΤΟΥΗΧΟΥΚΑΙΤΩΝ Ε
ΡΙΟΔΩΝΚΑΙΤΩΝΠΑΡΙ
ΣΩΝΑΛΛ Ι ΤΩ Η
ΚΑΙΟΜΟΙΟ ΕΝΤΩΝ
ΨΥΧΑΓΩΓ ΜΕΝΟΙΣ
ΔΗΠΡΟΣΕ ΟΚΗΣΑΝΕΙ
ΟΥΤΩΑΝ ΗΣΑΝΚΑΙ
ΕΝΕΚΚΛ ΑΙΣΚΑΙΔΙΚΑΣ
ΤΗΡΙΟΙΣΕ Τ. ΑΛΛΑΤΤΕΙΝ
ΟΥΣΥΝΟΡΩ ΤΕΣΟΤΙΟΥ
ΔΑΝΗ Ε ΟΝΤ ΙΕΝΕΚ
ΚΛΗΣΙΑΙΚ ΔΙΚΑΣΤΗΡΙ

COL. IV

Gio. B.a Malesci dis. Luigi Corazza inc.

COLUMNA IV.

ειρηνης ὁ λογος, ὑπερ ὧν αναγκαιον εστιν αυτα δη ποτε ψηφισασθαι· εαν δε και ὑπερ πολεμου, και ειρηνης ἡγη, και αλλο εστιν, ὁσον εν ταις εκκλησιαις που ειρηται, ου Περικλους επεχοντος τινος, και ουδεις εστιν εν τῳ παροντι ὁ λογος, ὧν συμφερει, εξω οντος του αυτους αναγουντος ταις πανηγυρεσιν. Ει δ' οὑτως ακουωσιν, ου μεν λεγομενοις προσεχουσιν, ει εστι συμφεροντα, η μη συμφεροντα, και του συνολου αληθη, η ουχ αληθη· ὑπ' αυτου δε του ηχου, και των περιοδων, και των παρισων, η αλλαττοντων, και ὁμοιοτιθεντων ψυχαγωγουμενοι, ου δη προσεδοκησαν; ει οὑτω αν οἱοι ησαν και εν εκκλησιαις, και δικαστηριοις εξαπαλλαττειν ου συνορωντες, ὁτι ουδ' αν ηλεγχοντο; ει εν εκκλησιᾳ, και δικαστηρι-

pace, de quibus necesse est ipsa aliquando decerni: quod si etiam de bello, et pace agatur, non modo aliud est, quod in publicis concionibus aliquando dictum est, quum non adsit quis Pericles, qui adtendat; sed et nullus est in praesenti sermo de iis, quae prosunt, quum omnino extraneum sit, quod eos ducit ad panegyres. Si autem ita audiunt, iis quidem, quae dicuntur, non adtendunt, ut iudicent, utrum ipsa utilia sint, an inutilia, et utrum omnino vera, an falsa: ab ipsa autem vocis modulatione, et periodis, et membris aequalibus, vel permutatis, et similiter positis oblectati nequaquam expectarunt, num isti *Sophistae* possent in publicis concionibus, ac iudiciis bene se gerere; non considerantes, quod non redarguerentur, si in concione, ac iudicio

Lin. 8. et seqq. ου Περικλους επεχοντος τινος) Prae ceteris supplementis, quae spatiolis hiantibus congruere videbantur, quaeque animum diu fluctuantem in varias distrahebant sententias, hoc praecipue adhibuimus, cui mens Philodemi facilius intendere potuit, ut argumentationem suam magis magisque obfirmaret. Quum enim totus in hoc esset, ut ostenderet e Sophistarum Orationibus nullam elici utilitatem, quippe quae de umbratili aliqua contentione, non de negotiis re vera urgentibus habebantur; recte adiecit, eas, tametsi ad argumentum per se grave, uti ad *pacem*, vel ad *bellum* ineundum, pertineant, numquam tamen esse adeo absolutas, ut forent Περικλους επεχοντος τινος. Huiusmodi autem loquutio ad duo respicere videtur, ad Periclis videlicet incomparabilem in dicendo peritiam, et ad eius in rebus de *pace*, ac *bello* disputatis auctoritatem. Ad primum quod adtinet, παντων τελειοτατος εις την Ρ'ητορικην fuit Pericles, ait Plato *Phaedr.* p. 354. immo *fulgurare, tonare, ac permiscere Graeciam dictus est*, Aristoph. *Acharn.* Act. II. Sc. V. v. 530. Vide Cic. *De Oratore* L. III. n. 126. Plutarch. *Vit. Parallel. Pericles* T. I. p. 161. *Franc.* 1699. Athen. *Dipn.* L. XIII. §. 6. Diodor. Sic. *Bibl.* L. XIII. n. 136. Quintilian. *Instit. Orat.* L. X. c. 1. et Plin. Epist. XX. ubi de maiestate, et suavitate Orationis Pericleae plura invenies. Ad alterum vero quod spectat, audiendus est Tullius, qui *hunc*, ait, *non declamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat; sed, ut accepimus, Clazomenius ille Anaxagoras, vir summus in maximarum rerum scientia. Itaque hic doctrina, consilio, eloquentia excellens quadraginta annos praefuit Athenis, et urbanis eodem tempore, et bellicis rebus. De Orator.* L. III. n. 136. Et rursum: *Huius suavitate maxime hilaratae sunt Athenae, huius ubertatem, et copiam admiratae eiusdem vim dicendi, terroremque timuerunt. De Clar. Orat.* n. 44. Quum itaque tanta polleret auctoritate, ut res *pacis*, et *belli* eius decernerentur arbitratu, eumque Athenienses admodum timerent; factum est, ut ipse diceretur *liberis Atheniensium cervicibus iugum imposuisse; egit enim illam urbem, et versavit arbitrio suo.* Val. Max. *Exempl.* L. VIII. c. 9. Quare homines publice quidpiam dicentes ita cohibuit, ut in suam sententiam venire coëgerit: Ὁποτε γουν αισθοιτο τι αυτους παρα καιρον ὑβρει θαρσουντας, λεγων κατεπλησσεν επι το φοβεισθαι· και δεδιοτας αυ αλογως, αντικαθιστη παλιν επι το θαρσειν. *Quoties itaque intelligebat eos quidpiam intempestive, ferociterque conantes, orationis acrimonia deterrebat: quoties abs re formidantes, rursus ad fiduciam erigebat.* Thucydides *Histor.* Lib. II. p. 141. *Francof.* 1614. Quamobrem Athenienses ei permiserunt σπονδας, δυναμιν, κρατος, ειρηνην, πλουτον τ', ευδαιμονιαν τε, *foedera, potentiam, imperium, pacem, opulentiam, et felicitatem.* Plutarch. *Parallel. Vit. Pericles* T. I. p. 161. *Franc.* 1599. Sive igitur verbum επεχειν vertas, uti nobis placuit, *adtendere*, sive mavis *obstare, reprimere, cohibere*, sententia eodem recidet, et plura suppetent utriusque significationis exempla apud Budaeum *Commentar. Linguae Graecae* p. 406. et 535.

Lin. 13. αναγουντος) Ita fortasse pro αναγοντος, errore librarii. Quum hoc verbum adhibeatur interdum pro simplici αγειν teste Eustathio in *Iliad.* L. VIII. vers. 203., heic facili negotio explicatur, uti vides in nostra versione. Si vero vertere placeat *sustollere, sursum ducere, sursum vehere*, cuius significationis obvia sunt exempla; Philodemus utique innuet editum locum, ex quo conciones habebantur, quemque Graeci αναβαθρον, Latini *suggestum* adpellabant. Vide Potter. *Archaeologia Graeca* Lib. I. cap. 17, et Manutium *De Legibus* Cap. 35.

Lin. 17. et seqq. ει εστι κ. λ.) Hosce versus haud dubitanter restituimus, tum litteris adhuc extantibus, tum aliis innixi argumentis. Nimirum Orator *utilia*, et *vera*, non inutilia et falsa *dicere debet, ut optime dicat*, ait Quintilianus *Instit. Orat.* Lib. II. c. 13. et Lib. IV c. 2. Contra vero Sophistae ea potissimum de caussa male audiebant, quod hanc regulam minime servarent: ac propterea docuit Plato illos nihil aliud, nisi *nugas* venditare *Euthyd.* T. I. p. 304. *edit. Steph.* immo et ipsos carpit, quod *in concionibus, in theatris, in foris, et alibi* Orationibus futilibus *multitudinem detinerent: De Republ.* Lib. VI. T. II. p. 492. Denique Aristoteles perspicue dicit ψευδομενον τι δειξαι, και τον λογον εις αδοξον αγαγειν ειναι το δευτερον της Σοφιστικης προαιρεσεως, *falsum quidpiam ostendere, et orationem ad inopinabile ducere secundum esse propositum Sophisticae intentionis De Reprehension. Sophist.* L. I. c. 12. Non immerito itaque Noster animadvertit auditores Sophistarum Orationis fuco oblectari, nec interea exquirere, num *utilia*, et *vera*, an *inutilia*, ac *falsa*, quod utique plerumque contingebat, ipsi proponerent.

ADNOTATIONES.

Lin. 22. et seqq. παρισων κ. λ.) De hoc schemate, ac de reliquis a Philodemo recensitis, in quibus gloriam Sophistae quaerebant, consulendi sunt Alexander Sophista *De Figuris sensus, et dictionis* p. 387. *edit. Ald.* atque Hermogenes *Art. Rhet.* p. 32. et seqq. *eiusdem editionis*. Porro hisce adminiculis, ac vocis modulatione, periodisque pulchre concinnatis freti Sophistae studebant delectare, et adlicere auditores suos, qui idcirco ψυχαγωγουμενοι a Nostro Auctore dicuntur. Quamobrem Plato Socratem inducit ita loquentem Hippiae Sophistae: αλλα δητα εκεινα, ἁ συ ακριβεστατα επιστασαι ανθρωπων, διαιρειν περι τε γραμματων δυναμεως, και συλλαβων, και ἁρμονιων, και ῥυθμων; .. Αλλα τινα μεν εστιν, ἁ ἡδεως σου ακροωνται, και επαινουσι; *At quaenam sunt ista, quae tu acutissime omnium hominum nosti, distinguere scilicet litterarum, syllabarumque vim, rhythmorum, harmoniarumque naturas? ... Quaenam sunt ista, quorum auditu illi delectantur, et quorum nomine te commendant? Hipp. Mai.* T. III. p. 285. *edit. Steph.* Proderit etiam ad illustrandam Philodemi sententiam Photii auctoritatem in medio ponere: οἱ παλαι Ῥητορες ἱκανον αὑτοις ενομιζον εὑρειν τα ενθυμηματα, και τῃ Φρασει περιττως απαγγειλαι· εσπουδαζον γαρ το ὁλον περι τε την λεξιν, και τον ταυτης κοσμον. *Antiqui Rhetores sufficere sibi arbitrabantur invenire enthymemata, et phrasi eximia pronunciare; toti enim circa dictionem occupabantur, eiusque ornatum. Biblioth.* v. Αντιφων. Vides igitur, quam culpam heic Philodemus in Sophistis notet: quum enim *tria sint, quae praestare debet Orator, ut doceat, moveat, delectet*, ex Quintiliano *Inst. Orat.* L. III. c. 5. quumque Agricola *Rhet.* L. II. probe animadvertat potissimum eius *munus* esse *docere*, et alia duo esse tantum *adcessiones*; Sophistae, quod ultimum est, primo loco, immo unice curabant.

Lin. 23.) Margini huius columnae dextrorsum adpicta cernitur littera H, cui superposita est brevis lineola. Putamus hoc esse adverbium seiunctivum, Orthographi opera additum; qui et lineolam signavit, ut locum indicaret, unde illud in textu Exscriptoris incuria exciderat. Idem signum detegeremus pariter ante verbum αλλαττοντων, nisi importunus papyri hiatus obstaret. De huiusmodi *Notis Marginalibus* vide Montfaucon *Palaeograph. Graec.* L. V. cap. 5. et Villoison *Schol. in Homer. Iliad.* Proleg. p. LIX. et seq. *Venet.* 1788.

ΤΩΙΑΛΛΟΥΝΤΟΣ
ΗΚΟΥΟΝΟΘΕΝΗΛΘΟΝΕ
ΠΙΤ ΑΝΑΛΙΣΚΕΙΝΜΙΣΘΟΝ
ΤΟΙΣΣΟΦΙΣΤΑΙ ΙΤΕΥΘΥΣ
ΓΙΓΝΩΣΚΟΥΣ ΟΤΙΑΠΟ
ΛΩΛΕΚΑΣΙΤΟ ΡΓΥΡΙΟΝ
ΟΥΘΕΝΓΑΡΟΙΜ ΑΥΤΟΙΣ
ΣΥΝΤΕΛΕΙΤΑΙΠΡΟΣΤΟΠΡΑ
ΜΑΑΛΛΗΔΙΑ ΗΚΑΙ
ΑΓΩΝΙΑΔΙΑ ΒΗΜΕΝ
ΕΓΥΜ ΕΝΟΙΣΡΗ
ΤΟΡΕ ΕΙΝ ΑΤ ΠΡΟ
ΠΟΝΜΕΝΑΓ ΛΑΤΤΟΝ
ΤΑΣΚΑΤΑΤΗ ΤΩΙΛΕ
ΓΕΙΝΙΔΕΑΝ ΕΝΠΑ
ΡΑΚΡΟΥΕΣΘΑ ΥΣΔΙΚΑΣ
ΣΜΗΚΑΤΑ ΡΟΠΟΝΔΕ
ΑΠΟΧΩΡΟΥΝΤΑΣΔΙΑΚΕ
ΝΗΣΑΡΓΥΡΙΟΝΥΠΟΛΑΜ
ΒΑΝΕΣΘΑΙΣΟΦΙΣΤΕΙΑΝΗΛΩ
ΚΕΝΑΙΑΓΩΝΙΑΔΕΠΕΡΙ
ΑΥΤΩΝΤΟΥΤΩΝΕΝΘΥ
ΜΟΥ ΕΝΟΙΣΚΑΙΜΑΛΛΟΝ
ΕΤΙΠΕΡΙΤΟΥΠΩΣ ΤΩΙ
ΛΟΓΩΙΔΟΞΕΙΑΠΑΛΛΑΤ
ΤΕΙΝΗΠΕΡΠΕΡΙΤΟΥΜΗ
ΔΟΞΗΠΑΡΑΚΡΟ ΣΘΑΙ
ΤΟΥΣΔΙΚΑΣΤΑΣΤΑΥΤΑ
ΤΕΔΗΑΥΤ ΣΠΕΡΙΕΣΤΙΝ
ΕΚΤΟΥΠΕ ΙΠΡΑΓΜΑ
ΤΟΣΚΑΙΑ ΣΥ ΕΣΜΟΣ
ΕΠ ΠΡΟΣΕΧΩΣΚΑΙ

COL. V

Gio. Bᵃ. Malesci dis. Luigi Corazza inc.

COLUMNA V.

ω αυτω λαλουντος ηκουον· όθεν ηλθον επι το αναλισκειν μισθον τοις Σοφισταις· ειτ' ευθυς γιγνωσκουσιν, ότι απολωλεκασι το αργυριον· ουθεν γαρ, οιμαι, αυτοις συντελειται προς το πραγμα, αλλ' ή διατριβη, και αγωνια. Διατριβη μεν προγεγυμνασμενοις ῥητορευειν, ώς κατα τροπον μεν απαλλαττοντας κατα την εν τω λεγειν ιδεαν ουθεν παρακρουεσθαι τους δικαστας, μη κατα τροπον δε αποχωρουντας διακενης αργυριον ύπολαμβανεσθαι σοφιστειαν ηλωκεναι. Αγώνια δε περι αυτων τουτων ενθυμουμενοις, και μαλλον ετι περι του, πως εν τω λογω δοξει απαλλαττειν, η περ περι του μη δοξη παρακρουεσθαι τους δικαστας. Ταυτα τε δη αυτοις περιεστιν ικ του πραγματος, και άμα συνδεσμοις ἱπεσθαι προσεχως, και

ipso loquentem audirent: quamobrem ad mercedem Sophistis solvendam devenerunt: deinde statim cognoscunt se pecuniam perdidisse. Nihil enim, arbitror, ab ipsis ad rem conficitur, sed *abundat* exercitatio, et animi contentio. Exercitatio quidem, quia sese exercuerunt ad ita perorandum, ut recte quidem caveant, ne dicendi forma offendant iudices, non recte vero caveant, ne alii sentiant sophisticam artem frustra pecuniam adcepisse. Animi autem contentio, quia de his ipsis solliciti sunt, et adhuc magis de modo, quomodo scilicet in oratione videantur cavere *offensionem*, quam de modo, quo non videantur offendere iudices. Atque haec profecto ad rem non facientia in Sophistis abundant; et simul coniunctiones sectari adtente et

CAP. II.
Quid sit eloquentia Sophistarum.

Lin. 9. et seq. διατριβη, και αγωνια. Διατριβη μεν κ. λ.). Paucis litteris repositis semel atque iterum heic legitur διατριβη. Explicanda autem videntur haec verba *exercitatio, et animi contentio:* neque enim placuit versio, qua in similibus Sexti Empirici verbis interpretandis utitur Hervetus, qui illud: αυτοι δε Ρ῾ητορες παντοτε εξελθοντες της διατριβης, και του αγωνος αλλη χρωνται προς τους πελας ἑρμηνεια, vertit: *ipsi autem Rhetores, cum recesserint a forensi usu, et actione, apud homines alio utuntur sermone. Advers. Math.* L. II. n. 58. Proprie enim diatribae pertinent ad eas Rhetorum exercitationes, quarum iudicium, dum publice orarent, avide expectabant. Nimirum de Rhetoribus vere illud Luciani dicebatur: παντως ταυτα αποπταμενα, πτεροεντα δε αληθως επη, ματην ὁσημεραι προς αυτων εν ταις διατριβαις σκιαμαχουμενα· *omnino avolantia, et vere alata verba haec sunt, quibus illi quotidie inter se umbratili certamine depugnant. Revivisc.* T. I. p. 410. *Amst. 1687.* Porro de Antiphonte Rhetore haec habet Clemens Alexandrinus: Φασι δε και τους κατα διατριβην λογους, και τα ῥητορικα ιδιωματα εὑρειν, *narrant autem ipsum et orationes ad exercitationem institutas, et rhetoricas proprietates invenisse. Stromat.* L. I. p. 308. et seq. Praeterea Plutarchus *Sympos.* inquit: περι λογους ὑπο σχολης διατριβας εχουσιν, *de orationibus pro schola exercitationes habent*, et in Themistocl. p. 112. Francof. 1699. εν ταις ελευθεριαις, και αστειαις λεγομεναις διατριβαις, *in iis exercitationibus, quae liberales, et urbanae vocantur.* Atque hoc sensu intelligendus videtur ille Xenophontis locus, qui de Sophistarum institutione ita adfirmat: διατριβην δ᾽ αλλως παρεχει τοις ελπισασι τι εξ αυτων μαθησεσθαι ματην, και ἑτερων κωλυει χρησιμων, και διδασκει κακα. Vertit nimirum Leunclavius: *eadem et remorantur, et detinent illos, qui frustra doctrinam ex eis aliquam pollicentur, et ab aliis utilibus avocant, illorumque loco vitiosa tradunt. De Venatione* p 998. *Paris* 1625. Ego autem potius interpretarer: *eadem exercitationem alioqui praebent iis, qui frustra aliquam ab ea doctrinam sperarunt, eosque ab aliis utilibus rebus avocant, ac docent vitiosa.* Ex quibus omnibus satis superque colligimus verbum διατριβην non venisse in hunc Philodemi locum inopportune, atque in eo significationem, quam ceteris praetulimus, esse quaerendam.

Lin. 11. προγεγυμνασμενοις) Aristoteles scribit: ὡσπερ εν τοις αλλοις το θαττον, και βραδυτερον εκ του γεγυμνασθαι γινεται μαλλον, οὑτω και επι των λογων εχει, *quemadmodum in aliis rebus, ut citius, ac tardius aliquid fiat, ab exercitatione potius efficitur, ita et in orationibus se habet. De Reprehens. Sophist.* L. II. c. 1. Hinc verbum προγεγυμνασμενοις, απο του γεγυμνασθαι compositum, ipso sensu, ac praecedenti voce διατριβη id suadentibus, heic restituimus. Placuit vero istud refingere prae εγγεγυμνασμενοις, vel διαγεγυμνασμενοις, vel alio huiusmodi; tum quia Sophistae suis Declamationibus *exercitationem praemittebant*, tum quia ipsas *Exercitationes* προγυμνασματα adpellabant. Notissima enim sunt Aphthonii Sophistae Προγυμνασματα, uti Himerii Μελεται, quae iure censentur veluti *Praeludia* Artis Rhetoricae. Vide *editionem Aldi* 1508. Habemus etiam in Cod. Regiae Bibliothecae Borbonicae hoc Aphthonii opus, cui adduntur Prolegomena, et Commentarii; ubi postquam vera Προγυμνασματων notio traditur, sive κυριολεξια, illud adiicitur: ἁπλως εστι παιδευμα τι προ της γυμνασεως, και ασκησις, και αληθινη παιδευσις ῥητορικης, *simpliciter est instructio quaedam ante certamen, et exercitatio, et vera eruditio rhetoricae*, p. 13. Habentur etiam ex Himerio Ρ῾ητορικων Προγυμνασματων παραδειγματα εκ διαφορων Σοφιστων συλλεχθεντα, *Rhetoricorum Progymnasmatum exempla variis ex Sophistis collecta*, ac Theronis τεχνη περι Προγυμνασματων, *ars de Progymnasmatis*, apud Fabric. *Bibl. Gr.* T. IV. p. 417, et 401. Προγυμνασματα explicanda sunt *prima apud Rhetorem elementa*, inquit Turnebus *Not. in Quintilian. Instit. Orat.* L. II. c. 4. Et re vera in Arte Oratoria sunt adeo necessaria, ut sine iis perfecta non adquiratur eloquentia Vide Cic. *Ad Herenn.* L. IV. n. 56. et *De Orat.* L. II. n. 22.

Lin. 15. et seq. παρακρουεσθαι τους δικαστας) Lumen adferent huic sententiae opportuna Fabii verba: *vitandum est, ne contumeliosi, maligni, superbi, maledici in quemquam hominem, ordinemve videamur; praecipueque eorum, qui laedi, nisi aversa iudicum voluntate, non possunt: nam in iudicem ne quid dicatur, non modo palam, sed quod omnino intelligi possit, stultum erat monere, nisi fieret....quum sit naturale, ut iudices iis, quos libentius audiant, facilius credant. Instit. Orat.* L. IV. cap. 1. ubi et quaedam vitia exponuntur, in quae ad vitandam iudicum offensionem incidunt saepe Declamatores. Vide etiam Ciceronem fuse docentem, qua ratione iudicum animos sibi, et reo conciliare debeat orator: *ad Herenn.* L. I. n. 3. et seqq. et *De Invent.* L. I. n. 15. et seqq. et *De Oratore* L. II. c. 43. Merito autem nimiam Rhetorum sollicitudinem ad animos iudicum sibi conciliandos spernit Philodemus; quandoquidem eam spernunt vel ipsi iudices, qui utique censendi sunt carere affectibus, quibus offensionem excipiant, et superfluum Ora-

toris studium ad captandam benevolentiam suam probe agnoscunt, contemnuntque. Ad rem Aristoteles : δει μη λανθανειν, ότι παντα εξω του λογου τα τοιαυτα· προς φαυλον γαρ ακροατην, και τα εξω του πραγματος ακουοντα· *oportet non latere omnia haec orationi extranea esse ; nam ad auditorem improbum, et audientem ea, quae rei extranea sunt, referuntur. Rhetor. ad Theodor.* L. III. cap. 14. Ceterum ipsa quoque *adtentio nimia, et studium rhetorice dicendi iudicum offensionem adfert*, προσκοπην εμποιει το μετα προσοχης, και ῥητορειας λαλειν, inquit Sextus Empir. *Advers. Mathem.* L. II. n. 59. Cur autem dixerit Philodemus esse κατα τροπον iudicum offensionem vitare, liquido patet consideranti, quam indignum sit ingenuis oratoris moribus eorum iram suscitare, et quam perniciosa semper fuerit ira in exercendis iudiciis. *Ira sibi indulget, ex libidine iudicat, et audire non vult, et patrocinio non relinquit locum, et ea tenet, quae invasit, et eripi sibi iudicium suum, etiamsi pravum est, non sinit...Ratio id iudicari, quod aequum est, ira id aequum videri vult, quod iudicavit...Saepe infesta patrono, reum damnat.* Seneca *De Ira* L. I. c. 15.

Lin. 18. et seqq. αποχωρουντας διακενης αργυριον ὑπολαμβανεσθαι σοφιστειαν ηλωκεναι) *Sophistarum* modo *artem*, modo *operam* σοφιστεια significavit : nos autem *operam* vertimus, quia haec διακενης αργυριον ελαμβανεν. Idcirco autem illi *cavebant*, ne hoc intelligeretur, quia aegre ferebant huiusmodi vitium in eorum arte notari. Sibi enim id adrogabant, quod ait Quintilianus : *non forensem quamdam instituimus operam, nec mercenariam vocem, nec (ut asperioribus verbis parcamus) non inutilem sane litium advocatum, quem denique caussidicum adpellant, sed virum cum ingenii natura praestantem, tum vero tot pulcherrimas artes penitus mente complexum. Instit. Orat.* L. XII. c. 1. Tales nimirum se esse iactabant Sophistae, unde in eis erat και ὁ τυφος, και ἡ μεγαλαυχια, και η κακοηθεια, και το βρενθυεσθαι, και το λαρυγγιζειν, και το διασιλλαινειν τα των αλλων, *et fastus, et iactantia, et malignitas, et elata, et curiosa loquutio, et acerbitas ridendi aliorum scripta.* Lucian. *Lexiphan.* T. I. p. 838. *Amstel.* 1687. Iuverit porro heic ob oculos habere non absimilem Sophistarum reprehensionem, quam scriptis tradidit Plutarchus: οἱ ῥητορικοι Σοφισται το θειως, και το δαιμονιως, και το μεγαλως εν ταις επιδειξεσι προσδεχομενοι, και το μετριως, και το ανθρωπινως προσαπολλυουσι. *Rhetorici Sophistae, dum in declamationibus plausus captant, quod divine, mirabiliter, magnifice dixerint, amittunt etiam illud, se scilicet mediocriter, et humano modo dixisse. De sui Laud.* T. II. p. 543. *Paris.* 1624. Vide etiam Sextum Empir. *Advers. Mathem.* L. II. n. 19.

Lin. 21. Αγωνια δε κ. τ. λ.) Plures αγων significationes habet, ut compertum est : at praecipue *animi contentionem* indicat: quod pluribus Demosthenis, et Plutarchi locis comprobatur. Immo hanc vocem *studium contentionis* ipse Cicero interpretatus est. *Ad Att.* lib. I. epist. 16. Et quoniam qui caussas dicit, facile animi perturbatione laborat, idcirco Plutarchus, *Vita Alcibiadis* p. 196. T. I. *Francof.* 1699. hoc verbum adhibuit ad significandam *actionem forensem*; quo sensu Isocrates etiam in *Panegyr.* ita scripsit : ὥστε τους προς ὑπερβολην πεπονημενοις λογους προς τους αγωνας τους περι των ιδιων συμβολαιων σκοπουσιν, *ut summo studio perpolitos sermones ad forenses privatorum contractuum actiones dirigant.* p. 98. *Pàris.* 1621. Quare a Luciano is dicitur πανδεινος εν τοις λογοις αγωνιστης, qui *valde formidandus in dicendo certator* est. *Rhet. Praecept.* T. III. pag. 22. *Traj. ad Rhen.* 1746. Quae cum ita sint, nullo negotio intelligitur, quam opportune heic αγωνιαν Philodemus scripserit. Etsi enim ista vox generatim significet ex Aristotele *Problem.* II. 13. φοβον τινα προς αρχην, L. VII. §. 113. ex Laërtio, φοβον αδηλου πραγματος, atque ex M. Etym. ἁπλως τον φοβον· peculiari tamen sensu, ob αγωνος, a quo deducitur, modo expositam significationem, perbelle exprimit *contentionem, formidinem, animi fluctuationem*, qua in perorando vehementer afficiebantur Sophistae, dum timebant, ne viderentur offendere iudices ; atque adeo clientium fiduciam, publicamque existimationem amitterent.

Lin. 29. et seq. περιεστιν εκ του πραγματος) Cernitur in αυτογραφω praepositio περι ante πραγματος expuncta, id suadentibus, ut aiunt, Musis, et Gratiis. Ea fortasse ex ore Auctoris, qui ex tempore dictabat, excidit; sed postea ab ipso emendante punctis notata est. Etsi enim εκ του περι πραγματος satis elegans, et opportuna esset loquutio ; tamen verbum περιεστιν, quod paullo ante praemittitur, non levem cum περι πραγματος gigneret κακοφωνιαν. Praeterea illud εκ του περι πραγματος intelligendum esset, ex notissima Grammaticorum regula, εκ του πραγματος περι πραγματος, quod admodum durum, et puerile videtur. Utraque igitur ex caussa recte Auctor phrasim emendavit : cuiusmodi exemplis Herculanensia volumina abundant. Vide T. I. Col. I. vers. 36. *et alibi.*

ΣΕΣΙΝ ΕΝΤΟΙΣΛΕΓΟ
ΜΕΝΟΙΣΜΗΤΕΤΟΙΣΥ
ΨΑΥΤΩΝΑΝΑΓΓΕΛΛΟΜΕ
ΝΟΙΣΠΑΡΑΚΟ ΟΥΘΕΙΝΜΗ
ΤΕΤΟΙΣ ΦΕ ΡΩΝ ΟΥ
ΜΗΝΑΛΛΑΚΑ ΣΥΝΕ
ΧΟΝΜΕΝΔΙΑΤ ΗΝ ΠΡΟΣ
ΕΡΧΟΝΤΑΙΤΗΝ ΙΤΙΑΝΤΟΙΣ
ΡΗΤΟΡΙΚΟΙΣΕΝ ΚΑΙΔΙΑΛ
ΛΑΣΔΕΤΙΝΑΣΓ ΟΣΤΑΣΜΕΝ
ΑΜΑΡΤΑΝΟΝ ΣΤΑΣ Υ
Κ ΑΝΩΝΤ ΟΝΕΠΕ
ΝΗΣΘΗΜΕ ΝΤΟΙΣΠΡΟ
ΕΡΟΝΑΝΑ ΦΕΙΣΙΝΟΥ
ΙΝΥΝΒΕΛ ΑΝΑ ΡΕ
ΟΝΤΑΙΤΟΥ ΟΣΟΦΙΣ
Τ ΡΗΤΟΡΕ Δ ΠΕΙ
ΔΑΝΦΩΣΙΤΕΚΜΗ
ΝΑΙΤΟΥΚΑΤΑΣΚ
ΘΑΙΠΟΛΕΙΤΙ
ΤΗΣΤΕ
ΕΚΤΩΝΔ ΑΣΚΑΛΕΙΩΝ
ΟΙΟΥΣΤΕΙΝΑΙΚΑΙΔΙΚ ΣΛΕ
ΓΕΙΝ ΝΤ ΕΝΕΚ
ΚΛΗΣΙΑΙΣΑΝΑΣΤΡ ΣΘΑΙ ΩΣ ΠΕΡ
ΤΟΥΤ ΝΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗΝ
ΑΠΟ ΓΡΑΦΟΝΤΑ
ΚΑΙ ΙΑΓΙΝΩΣ ΝΤΑ
ΤΟΤΟΥΣΠ ΣΕΔ ΥΣΩΝ
ΤΑΣΔΥΝΑΣΘΑΙΤΑΥΤΑΠΟΙ
ΕΙ ΑΡΑΤΕ
ΘΣ ΝΥ ΩΝ ΛΕΓΚΤΙ

COL. VI

Gio. B.ª Malesci dis. Luigi Corazza inc.

COLUMNA VI.

πτωσεσιν εν τοις λεγομενοις, μητε τοις ὑφ' αὐτων αναγγελλομενοις παρακολουθειν, μητε τοις ὑφ' ἑτερων. Ου μην αλλα κατα το συνεχον μεν δια ταυτην προσερχονται την αιτιαν τοις Ρ'ητορικοις ενιοι, και δι' αλλας δε τινας, προς τας μεν ἁμαρτανοντες, τας δ' ου κατανωντες, ὧν επεμνησθημεν εν τοις προτερον αναγραφεισιν. Ου τοινυν βελτιους αναστρεφονται του Ψευδοσοφιστου Ρ'ητορες. Οἱ δε επειδαν φωσι τεκμηριον ειναι του κατασκευαζεσθαι πολειτικην εκ της τεχνης Ρ'ητορων, και εκ των διδασκαλειων, ὁιους τ' ειναι και δικας λεγειν, και λεγοντας εν εκκλησιαις αναστρεφεσθαι, ὥσπερ που την γραμματικην αποτελειν γραφοντας. και αναγινωσκοντας το τους προσεδρους οντας δυνασθαι ταυτα ποιειν · τουτο δη παρατεθεν ὑπ' αυτων ελεγχεται ·

casus in dicendo; neque res, quae vel a se, vel ab aliis enunciantur, continua animadversione adsequi. Verum enimvero hanc ob causam nonnulli frequenter Rhetoricis adcedunt, et ob quasdam alias, decepti quidem in aliquibus earum, non cognoscentes autem alias, de quibus in iis, quae in antecessum scripta sunt, mentionem fecimus. Non meliores itaque, quam Pseudosophistae, emergunt Rhetores. ¶ Quod si hi dicant eo argumento probari, politicam per Rhetorum artem, atque institutiones adquiri, quia ipsi possunt et causas dicere, et dicendo in publicis concionibus versari; quemadmodum grammaticam homines reddere scribendi, et legendi peritos illo argumento probamus, quod viri assidue ei incumbentes possint haec facere; profecto istaec comparatio ab ipsis adducta ipsos

CAP. III.

Num politica per rhetoricam adquiratur.

Lin. 1. πτωσεσιν) Supplementum hoc a praecedentibus verbis, et a plurium Scriptorum testimoniis firmitatem adcipit; novimus enim huiusmodi quisquiliis Sophistas plus aequo attendisse. *Sophistarum, de quibus supra dixi, magis distinguenda similitudo videtur, qui omnes eosdem volunt flores, quos adhibet orator in causis, persequi. Sed hoc differt, quod quum sit his propositum non perturbare animos, sed placare potius; nec tam persuadere, quam delectare; et apertius id faciunt, quam nos, et crebrius; concinnas magis sententias exquirunt, quam probabiles: a re saepe discedunt, intexunt fabulas, verba apertius transferunt, eaque ita disponunt, ut pictores varietatem colorum: paria paribus referunt, adversa contrariis, saepissimeque similiter extrema definiunt.* Cic. *in Orat. ad M. Brut.* n. 19. Addamus etiam Sextum Empiricum: περιοδον, και επιφωνημα θελοντες λεγειν οἱ Ῥητορες, και μη φωναεν φωναεντι συγκρουειν, και ὁμοιοτελευτον διανοιαν κατακλινειν εκκλειονται της σαφους αν, και συντομου των πραγματων ἑρμηνειας. *Periodo, et ornatae acclamationi dum student Rhetores, et vocalem curant cum vocali non collidere, et similiter desinentem declinare sententiam, excidunt a perspicua, et brevi rerum explicatione. Adv. Rhet.* Lib. II. n. 57. Nonnulla porro hac de re invenies in XII Dissertationibus Hardion *sur l' Origine, et le progrés de l' Eloquence dans la Grece*, ac praesertim p. 97. et 135. *Mémoires de Letterature-Academ. des Inscriptions et Belles Lettres.* T. III. *Paris* 1790.

Lin. 2. et seqq. μητε τοις ὑπ' αυτων κ. λ.) Vides ὑψ' αυτων dormitantem Librarium scripsisse; erroremque mox levi linearum adpositione esse emendatum. Vides etiam Sophistarum vitium notari, de quo verba facit Xenophon. Ψεγουσι δε και αλλοι πολλοι τους νυν Σοφιστας, και ου τους Φιλοσοφους, ὁτι εν τοις ονομασι σοφιζονται, και ουκ εν τοις νοημασιν. *Vituperant autem et alii multi Sophistas aetatis nostrue, et non Philosophos, quod in verbis, et non in sententiis acumen ostentent. De Venat.* p. 998. *Paris* 1625. Plutarchus quoque commemorat σοφιστικας αποδρασεις εκ των πραγματων δια των ονοματων, *Sophistarum effugia e rebus per nomina. De Virt. Mor.* Lib. II. p. 449. *Paris* 1625. At vero praestans Orator is est, qui *permulta in omni orationis parte circumspiciat, multa caveat, atque observet, rerum ac verborum memoriam diligenter retineat, et quid dicat, quo quidque modo, et quomodo, a principio ad finem usque orationis videat, quid deceat non in sententiis solum, sed etiam in verbis sedulo adtendat.* Cic. *De Orat.* L. II. c. 74. 82. 83. 87. *Et Orat.* 14. et 21. Eadem habet Quintilianus, ubi pluribus docet *curam verborum, rerum habendam esse sollicitudine. Instit. Orat.* Lib. VIII. *in prooem.* Huc itaque referenda sententia, qua in praesenti periodo ad Sophistas refutandos utitur Philodemus.

Lin. 5. et seqq. Ου μην αλλα κ. λ.) Quod revera nonnulli inanem Sophistarum eloquentiam admirati ad eos adcederent, ac puerili dicendi suavitate illecti in aestimanda ipsorum doctrina aut errore, aut ignorantia laborarent; perspicue adcipimus a Luciano, qui hac in re falsum vulgi indicium elegantissime carpit. Docet enim duas esse vias ad Rhetoricam, alteram *angustam, spinosam, asperam, multum sitis ac sudoris prae se ferentem, quam pauci ineunt*, idest veri Oratores; alteram vero *latam, floridam, irriguam, iucundissimam, ac brevissimam, qua plurimi pergunt Rhetores*, inepti scilicet Sophistae. Subiicit deinde πεντεκαιδεκα που, η μη πλειωγε των εικοσιν Αττικα ονοματα εκλεξας...εν ἁπαντι λογῳ, καθαπερ τι ἡδυσμα, επιπαττε αυτων· μελετω δε μηδεν των αλλων, εαν ονοματα τουτοις και ασυμβολα, και απωδα....οὑτω γαρ σε ὁ λεως αποβλεψονται, και θαυμαστον ὑποληψονται....Τους των προ ἡμων ολιγον λογους, και ἁς φασι ταυτας μελετας, ὡς εχῃς απ' εκεινων επισιτισαμενος εν καιρῳ καταχρησθαι, καθαπερ εκ ταμειου προαιρων. *Quindecim, aut non plura quam viginti Attica vocabula selecta...in omni oratione, ceu aliquod condimentum adsperge: nulla sit tibi aliorum cura, quum sint hisce dissimilia, incongrua, et absona...sic enim te populus suspiciet, et admirandum putabit.....Orationes eorum, qui paullo ante nos fuerunt, et quas exercitationes adpellant (legas), ut tamquam ex penu depromens, ab iis commeatum mutueris, quo in tempore utaris. Rhetor. Praeceptor* T. II. p. 318. *Amst.* 1678.

Lin. 11. τας δ' ου κατανοουντες) Placuerat nobis primo τας δ' αν ου κατανωνται heic legere; at neque ad spatiolum quadrabat, neque praecedenti commati rite consentiebat huiusmodi lectio. Secundis itaque curis παροραμα Librarii, qui κατανωντες pro κατανοουντες scripserat, emendandum censuimus. Enimvero Aristoteles, ne in eumdem errorem, de quo agit Philodemus, dum iudicium de Sophistarum sermonibus instituerent, discipulos suos eodem hoc verbo admonuit: δει δε κατανοειν, τι παντων των λογω οἱ μεν εισι ῥᾳους κατιδειν, οἱ δε χαλεπωτεροι, παρα τι, και εν τινι παραλογιζονται τον ακουοντα, πολλακις οἱ αυτοι εκεινοις

οντες· *oportet autem nosse omnium orationum nonnullas quidem esse faciliores intellectu, alias vero difficiliores, propter quid, et in quo decipiant auditores, quum frequenter eaedem illis existant. De Repr. Sophist.* L. II. c. 7.

Lin. 16. et seq. Ψευδοσοφιστου). Ita prorsus legendum. Habemus enim Luciani Dialogum, qui Ψευδοσοφιστης, η Σολοικιστης inscribitur, et quem temere nonnulli Critici, Ammonio, aliisque refragantibus, suppositilium iudicarunt. In eo autem loquens inducitur homo, qui αυτος ειδεναι ουκ ειδως εδοκει, *sibi sapere, dum non sapiebat, videbatur*; atque ὑπο της αγαν παιδειας διεφθορεν, *prae nimia eruditione corruptus erat.* Is interea ουχ ἱκανος ην κατιδειν σολοικιζοντα, και αυτος μη σολοικιζειν, *non valebat deprehendere soloecissantem, et soloecismum non committere*; immo frequenter errabat, et quae manifesta erant, non intelligebat. Vide T. I. p. 728. et seqq. *Amst.* 1687. Huiusmodi autem homines *meliores nequaquam esse Rhetores ex iis, quae antea dixit*, Philodemus perbelle deducit.

Lin. 17. et seqq. Οἰδε επειδαν κ. λ.) Supplementum in isto, et sequentibus quatuor versiculis occurrens extrema Secundae Columnae ora satis superque comprobatur; uti ea, quae ibi restituimus, ex hoc loco desumenda esse monuimus. Alterius enim verba alteri id, quod tempus abripuit, restituere videntur: immo ex ipsa sententiarum comparatione eruimus, in illa magna lacuna, quae Delio Urinatore eget, Philodemum duo Sophistarum δογματα sibi refellenda proposuisse; quod scilicet ipsi per Artis suae praecepta possent feliciter caussas dicere, et quod ad Politicos sermones recte habendos idonei efficerentur. Et hactenus quidem de primo egit, nunc ad alterum gradum facit. Iam vero quid hac de re sibi adrogarint Sophistae, satis in Praefatione disseruimus.

Lin. 22. διδασκαλειων) Sensu non absimili, sed proprie ad Scholas Rhetoricae referendo legitur apud Photium *Biblioth.* Cod. CLXV. de Himerio Sophista του εν Αθηνησι κατα Ῥητορειαν προυστη διδασκαλειου, *Athenis Rhetoricae ludo praefuit.* Vide, quae ad Column. I. lin. 1. indicavimus.

Lin. 24. λεγοντας) Ita legas, si placet; sin minus, aliud participium, quod a contextu non discedat, uti μαθοντας, *qui didicerint*, aut aliud simile reponas.

Lin. 31. et seqq. τουτο δη παρατεθεν ὑπ' αυτων) Nihil hac lectione visum est opportunius. Est enim proprie παρατεθεν verbum, quo *comparatio* a Sophistis instituta Rhetorica cum Grammatica indicatur; eaque mox luculenter refellitur. De huiusmodi autem *comparatione* plura veteres Scriptores passim disseruerunt, quos citare supervacaneum videtur. Novimus enim Grammaticam inter eas Artes recenseri, quae finem suum certo adsequuntur, si praecepta ad unguem serventur: contra vero Rhetorica, et Politica, utpote quarum effectus a libera auditorum, populorumque voluntate maxima ex parte pendet, non semper suo fine potiuntur.

ΚΟΝΜΑΛΛΟΝΕϹΤΙΝΑΥ
ΤΩΝΕΠΕΙΔΗΓΡΑΜΜΑ
ΤΙΚΗΗΝΜΕΝΟΥΔΕΙϹΑΝΑ
ΛΑΒΩΝΑΝΕΠΙϹΤΗΜΩΝ
ΕϹΤΙΤΟΥΓΡ ΦΕΙΝΚΑΙΑΝΑ
ΓΙΝΩϹΚΕ ΟΥΔΕΜΗ
Λ ΑΘ ΝΑ ΠΙϹΤΗΜΩΝ
ΤΑΔΕΡΗΤΟ ΙΚΑΠΟΛΛΟΙ
ΜΑΘΟΝΤΕϹ ΔΥΝΑΤΟΥϹΙΝ
ΔΙΚΑϹΛΕΓΕ ΝΚΑΙΔΗΜΗ
ΓΟΡΕΙΝΚΑ ΛΕΙΟΥ ΤΕ
ΟΛ
ΤΩΝΔΥΝ ΕΝΩ ΠΑ
ΛΟΙ
ΔΕΤ ΜΑ ΟΝ
ΔΥΝΑ ΑΙΠΟΛΛΩΙΓΕΠΑΕΙ
ΤΩΝ ΕΚΤΟΥ ΟΥϹΤΩΝ
ΜΑ
ΤΩΝΑΝΑΓ ΕΓΕΙΝΜΗ ΘΟΝ
ΔΟϹΟΙΔΥΝ ΝΤΑΙΠΟΛΕΙ ΤΩΝ
ΤΕΥΕϹΘΑΙ ΝΜΑΘΟΝΤΩΝ
ΠΑΡΑΤΟΥ ΔΥ ϹΘΑΙ
Π ϹΟΝ Α
ΜΙ ΕΛΑΒ
ΦΙϹΤΑΙΠΑΡ
ΑΛΛΑΠΑΡΑΤΙΝΑϹΑΛΛΑϹ
ΑΙΤΙΑϹΕΙΗϹΑΝΔΑΝΑΥ
ΤΑΙΦΥ ΙϹΤΟΚΑΘΥΠΕΡ
ΑΥ
ΒΟΛΗΝ ΙϹΥΝΕΡΓΟΥϹΑ
ΠΡΟϹΔΥΝΑΜΕΩϹΡΗΤΟ
ΡΙΚΗϹΚΑΤΑΙ ΤΗϹΙΝΚΑΙ
ϹΠΟΥΔΗ ΑΡ ΤΗΝΑϹΚΗ
ϹΙΝΤΗΝ ΝΤΟΙϹΠΟΛΕΙ
ΤΙΚΟΙϹΕΠΕΙΔΗΚΑΙΑΠΑΞ
ΑΝ ΔΕΙΞΑΝΑΥΤΟΥϹΡΗ
ΤΟΡΙΚΗ ΖΗΛΩΤΑϹΜΑ

COL. VII

Gio. Bª Malesci dis. *Luigi Corazza inc.*

COLUMNA VII.

κον μαλλον εστιν αυτων· επειδη γραμματικην μεν ουδεις αναλαβων ανεπιστημων εστι του γραφειν, και αναγινωσκειν, ουδε μη μαθων αυ επιστημων· τα δε ῥητορικα πολλοι μαθοντες αδυνατουσιν δικας λεγειν, και δημηγορειν, και πλειους γε των δυναμενων· πολλοι δε των μη μαθοντων δυνανται, και πολλῳ γε πλειους των μαθοντων εισιν. Ὡστ᾽ εκ τουτων αναγκη λεγειν, μηδ᾽ ὁσοι δυνανται πολιτευεσθαι των μαθοντων, παρα τουτο δυνασθαι, παρ᾽ ὁσον την γε δυναμιν ανελαβον, ὡς οἱ Σοφισται παραληρουσιν, αλλα παρα τινας αλλας αιτιας. Εἰησαν δ᾽ αυται φυσεις το καθ᾽ ὑπερβολην, και αυται συνεργουσαι προς δυναμεως ῥητορικης κατακτησιν, και σπουδην παρα την ασκησιν την εν τοις πολειτικοις· επειδη και ἁπαξ ανεδειξαν αυτους ῥητορικης ζηλωτας μα-

potius refellit; quoniam nemo quidem, qui grammaticam didicit, scribendi, et legendi ignarus est; nec rursum gnarus est, qui non didicit: multi autem quum res rhetoricas didicerint, non valent causas orare, et ad populum concionem habere; et hi quidem plures sunt illis, qui valent: multi vero, qui non didicerunt, valent, et hi quidem sunt multo plures illis, qui didicerunt. Quapropter dicamus, necesse est, ne omnes quidem quotquot edocti rempublicam administrare valent, propterea valere, quod facultatem discendo acceperint, uti Sophistae effutiunt, sed propter quaspiam alias causas. ¶ Produxit autem ipsa natura id, quod est eximium, dum et ipsa cooperatur ad facultatis rhetoricae adquisitionem, atque ad studium prae exercitatione in rebus politicis; quum vel semel effecerit homines ipsos rhetoricae doctrinae cupidos,

CAP. IV.

Quomodo facultas politica comparetur.

Lin. 1. ελεγκτικον κ. λ.) Ελεγχοις delectabantur Sophistae, ideoque hanc vocem complevimus. Ipsis enim Athenaeus dicit: δια τας εν τοις λογοις ὑμων φιλοτιμιας, και εριδας, και τους ακαιρους ελεγχους· *ob vestras in disceptando ambitiones, rixas, et importunas refutationes. Dipn.* Lib. XIII. p. 611. *edit. Casaub.*

Lin. 9. αδυνατουσιν κ. λ.) Adludit ad illam Sophistarum *multifariam doctrinam, qua nihil vanius*, ut cecinit Cynulcus:

Πολυμαθημοσυνης, της ου κενεωτερον ουδεν·

atque ad illud Anaxippi Sophistas deridentis:

Οιμοι φιλοσοφεις. Αλλα τους τε φιλοσοφους
Εν τοις λογοις φρονουντας εὑρισκω μονον,
Εν τοισι δ' εργοις οντας ανοητους ορω.
Hem philosopharis! At ego philosophos
Verbis tantum sapere animadverto,
Gerendis autem rebus dementes perspicio.

Apud Athenaeum *Dipn.* L. XIII. p. 611. *edit. Casaubon.*

Lin. 8. et seqq. τα δε κ. λ.) Illustrari potest hic Philodemi locus per ea Luciani verba, quibus Sophistas carpit, utpote qui post tot praecepta nescirent libere loqui, unde quasi per proverbium ait: αφωνοτεροι γεγενηνται Σοφιστων. *Iov. Trag.* c. XIV. T. II. p. 656. *Amst.* 1743. Eodem sensu Indoctum quemdam insectatur, qui libris multis emtis, et expolitis ιχθυων αφωνοτερος ην. *Indoct.* c. XVI. T. III. p. 113.

Lin. 14. et seqq. των δυναμενων κ. λ.) Quemadmodum paullo ante πλειους pro πολλοι, scripserat Amanuensis, vocem modo sequentem cum adfini confundens; ita verba, quae μαθοντων paullo post rescribendum sequutura erant, praeposuit. Utrumque παροραμα Orthographus emendavit; atque tum interlineari, tum marginali spatio usus est. Verbum εισιν, quod sensus inclamabat, et abrasa scriptura non respuebat, inseruimus.

Lin. 22. et seq. ὡς οἱ Σοφισται παραληρουσιν) Aliud fortasse verbum pro παραληρουσιν adhibuit Philodemus, quod tamen non absimilem haberet significationem, et a praepositione παρ incipiens spatio congrueret: cuiusmodi esset παραδιδουσιν, *tradunt*, παρατιθεισιν, *proponunt* etc. Placuit tamen illud ceteris anteferre, ut Noster *nugatorias* Sophistarum docrinas acriter insectatus melius observaretur. Est enim παραληρειν, *delirare*, tum proprio sensu, uti apud Galenum *Comment*: III. *in Epidem.* lib. III. in princ., tum metaphorico, uti apud Eustathium Il. A. p. 63. lin. 45., ubi ait: μυθου εστι παραληρημα, *nugae sunt fabularum.* Per convicium autem futilia philosophorum commenta Ληροι vocantur; siquidem apud Athenaeum Stoici ab Hermia dicuntur εμποροι ληρων, *venditores nugarum. Dipn.* lib. XIII. p. 563. *edit. Casaub.* Sophistae nimirum huiusmodi scommatis passim impetebantur. Vide Suidam v. Σοφιςης.

Lin. 25. et seq. Εἱησαν δ' αυται φυσεις το καθ' ὑπερβολην) Plurali numero φυσεις, syntaxi id requirente, supplevimus, et εἱησαν *produxit* interpretati sumus, non sine gravibus rationum momentis. Est enim inter significationes verbi ἱημι, unde est εἱην, *edo*, *emitto*, *profero*: et quidem apud prorsae orationis Scriptores, uti ἱημι φωνην apud Platonem, et Δωριδα τε γλωσσαν ἱημι apud Thucydidem Lib. III. Etsi vero *Natura* cum *Arte* debeat *coniurare amice*, ut docet Horatius *Art. Poët.* vers. 411, ut *existat illud nescio quid praeclarum, ac singulare*, teste Tullio *pro Archia* cap. VII. tamen ea fuit communior opinio, cui Noster heic adhaerere videtur, ut scilicet το καθ' ὑπερβολην *a Natura producatur.* Ea nimirum fuit Democriti sententia, quam Venusinus *Art. Poët.* vers. 295. tradit, ut *Ingenium misera fortunatius Arte censendum sit*: et hoc idem Pindarus canit, qui semper Naturam Doctrinae anteponit; et Naturam sine doctrina plurimum, immo omnia posse dicit. Qua de re satis erit haec verba adferre:

. . . Σοφος ὁ πολ-	. . . *Is demum est sapiens, qui multa*
λα ειδως φυᾳ·	*scit naturae-sagacitate:*
Μαθοντες δε, λαβροι	*At discendo-rem-assecuti, vehementes*
Παγγλωσσιᾳ, κορακες ὥς,	*Loquacitate, ceu corvi,*
Ακραντα γαρυετον,	*Irrita garriunt,*
Διος προς ορνικα θειον.	*Iovis ad avem divinam.*

Olymp. II. v. 154, et seqq. pag. 31. *Oxonii* 1697.

Philodemus itaque Epicurum sectatus, uti et hic Democritum, non abs re ait *naturam producere id, quod eximium est.* Ceterum si iste *optativi modi* usus non admodum placet, vel refingi debet ιησαν, vel legi facile potest ει ησαν κ. λ. *Tunc vertendum esset: si est autem ipsa Natura id, quod eximium est, et ipsa cooperans ad Rhetoricae facultatis adquisitionem, atque ad studium prae exercitatione in rebus politicis; quum vel semel effecerit homines ipsos Rhetoricae doctrinae cupidos; simul etiam in diatriba politicis sermonibus completur, qui multum similitudinis, et imitationis habent.* Certe quidem utraque interpretatio eodem recidit.

Lin. 33. ανεδειξαν). *Effecit* potius, quam *ostendit*, hoc verbum vertimus, tametsi altera ab altera significatione parum discedat, si rem penitus introspicias; quod enim *efficitur*, facile se prodit, et *ostenditur*: ac *Natura*, si *efficit homines Rhetoricae cupidos*, id protinus in publicum edit, ac *demonstrat.* Iam vero Αναδεικνυμι significat frequenter *edo*, *efficio*, uti apud S. Gregorium Orat. in *Novam Dominicam*: p. 699. *Coloniae* 1690. ει τελευταιος ὁ ανθρωπος ανεδειχθη, *si postremus homo editus*, seu *effectus est:* significat etiam *dedico*, uti apud Plutarchum *Vit. Pompeii* T. I. p. 52. significat denique *instituo*, *constituo*, ut docuit Gaza vertens illud Ciceronis: *sodalitates me quaestore institutae sunt*, συσσιτια ταμιου οντος εμου αναδεδεικται. *Cat. Mai. De Senect.* Cap. XIII.

ΘΗΣ ΩΣ ΚΑΙΟΜΩΣΚΑΙ
ΕΝΤΗΔΙΑΤΡΙΒΗΛΟΓΩΝ
ΠΟΛΕΙΤΙΚΩΝΑΝΕΠΛΗΘΗ
ΣΑΓ ΟΝΤΩΝΠΟΛΥΤΟ
ΤΗ ΜΟ ΟΤΗΤΟΣΚΑΙ
ΜΕΙΜΗΣΕ ΣΚΑΙΜΕΤΑ
Γ ΗΜΕ ΑΤΑΥ
Γ Λ ΠΡ ΓΜΟΣΥΝΗΝΑ
Φ ΗΠΟ ΕΙΤΙΚ ΛΑ
Λ ΤΕΜΠΕΙΡΙΑΠΕΡΙΓΙ
ΑΙΠ ΦΥΚΕΝΚΑΙ
Δ ΩΣΑΙΤΙΑΙΠΛΕΙ
Α ΑΓΚΗΜΗΚΥ
Λ ΟΜΕΝΟΝ
ΑΙΠΕΡΤΟΙΑΥ
ΕΓ ΩΝΙΑΣΞ
ΟΣΤ ΤΡΙΒΑΣΥ
ΠΑΡΧΟΥ ΗΣΟΜΩΣΟΥ
ΧΡΟ ΟΝΕ ΕΤ Ν ΝΠΡΟ
ΝΤΑΙ Ι
ΟΡΙΑΣ ΣΕΠΙ
ΝΟΙΧΕΙΡΙ ΕΙΝΗ
ΝΑΛΛΩΝΜΑΘΗ
ΦΙΛΟΣΟΦΙ
ΓΡΑΜΜΑΤΙ
Κ ΟΠΟΙΑΣΟΥΝΕΙ
Ο ΑΝΗΣΕΤΑΙΧΑΡΙΝ
ΤΟΙΟΝΤΟΔΗ
ΟΥΣΤΑΣΕΠΙΣΤΗ
ΥΤ ΣΑΠΟΦΑΙΝΕΙΝ
ΛΕΙΤΙΚΩΝΔΥΝΑ
ΥΔ ΟΤΗΝΡΗΤΟ
ΝΕΝΕΚΑΤΟΥΤΙΝΑΣ

COL. VIII

Gio. B.a Malesci dis   Luigi Corazza inc.

COLUMNA VIII.

θησεως, και όμως και έν τη διατριβη λογων πολειτικων ανεπλησθησαν εχοντων πολυ το της ομοιοτητος, και μειμησεως. Και μετα πεποιημενα ταυτα δια πολυπραγμοσυνην, αφ' ής ή πολειτικη μαλιστ' εμπειρια περιγινεσθαι πεφυκεν, και εισιν ιδιως αιτιαι πλεισται, αίς αναγκη μηκυ[illegible]ττομενον απο φυσεων· άι περ τοιαυτης επικοινωνιας προς τας διατριβας υπαρχουσης, όμως ου [illegible] ρο[illegible]ον εξ[illegible]ιν αν προτρεχονται, ώστε και [illegible]γοριας [illegible]ς εισι δεινοι χειριζειν. Η' δε τεχνων αλλων μαθησις, και της φιλοσοφιας, και της γραμματικης, [illegible] όποιας ουν, ει τ[illegible]ο[illegible]ανησεται χαριν εχειν, μη τοιουτο δη, ως εν τοις τας επιστημας ταυτας αποφαινειν την πολειτικων δυναμιν, αλλ' ουδε το την ῥητορικην ένεκα του τινας

et pariter etiam in exercitatione sermonibus politicis completa est, qui multum similitudinis, et imitationis habeant. Atque post ea, quae effecta sunt per multorum negotiorum curam, a qua potissimum politica experientia produci solet, sunt etiam proprie causae plurimae, quibus differatur, necesse est, id, quod disponitur a natura: quae quidem licet habeat talem cum exercitationibus connexionem, tamen non ita praecurrit ad decursum temporis inhibendum, ut et pueri publicas conciones valeant suscipere. Cognitio autem aliarum artium, et philosophiae, et grammaticae, et cuiuscumque disciplinae, si videbitur prodesse, non adeo tamen, ut scientiae istae in discentibus producant politicam facultatem, sed neque ut eam producat rhetorica, eo quod nonnulli

Lin. 5. et seq. ὁμοιοτητος, και μειμησεως) Auctor libri *De Sublimi*, μεγαλων Συγγραφεων, και ποιητων μιμησιν τε, και ζηλωσιν, *magnorum Scriptorum, et Poëtarum imitationem, atque aemulationem* adpellat *viam ad sublimitatem*. Cap. XIV. p. 90. *Veronae* 1732. Rhetores vero *imitationi* plus aequo studentes magnam laudis partem non merebantur. *Etsi enim dubitari non possit, quin Artis pars magna contineatur imitatione.....tamen per se ipsa non sufficit; quia pigri est ingenii contentum esse iis, quae sunt ab aliis inventa.....atque exactissimo iudicio circa hanc partem studiorum examinanda sunt omnia*, ait Quintilianus *Instit. Orat.* L. X. C. 2. Qui etiam animadvertit ob plurimas *imitationis*, ac *similitudinis* difficultates *fieri, ut minus sanguinis, ac virium Declamationes habeant, quam Orationes.* Iam pridem Cicero hoc idem docuerat, *De Orat.* L. II. n. 21. et 22. *Ad Herenn.* L. I. n. 2. Opportunius autem legimus in *Oratore* C. XIX. quae sequuntur: *Sophistarum, de quibus supra dixi, magis distinguenda similitudo videtur, qui omnes eosdem volunt flores, quos adhibet orator in causis, persequi. Sed hoc differunt, quod quum sit his propositum non perturbare animos, sed placare potius; nec tam persuadere, quam delectare; et apertius id faciunt, quam nos, et crebrius; concinnas magis sententias exquirunt, quam probabiles; a re saepe discedunt, intexunt fabulas, verba apertius transferunt, eaque ita disponunt, ut pictores varietatem colorum; paria paribus referunt, adversa contrariis, saepissimeque similiter extrema definiunt.* Huc igitur pertinent, quae in Sophistis Noster reprehendit: neque abs re ὁμοιοτητα, et μειμησιν (ita enim scripsit ob causam superius adlatam ad Col. I. lin. 1.) coniunxit; quum illa orationis conditionem, haec mentis studium proprie indicet: et inter utramque illa adsit differentia, quam satis innuit Plutarchus his verbis: μιμησις, αν τε περι φαυλου, αν τε περι χρηστου εφικηται της ὁμοιοτητος, επαινειται· *imitatio, sive turpis rei, sive pulchrae similitudinem exprimat, laudatur. De Aud. Poëtis* T. II. p. 18. *Franc.* 1599. Ceterum ὁμοιοτητα esse *effectum*, et *notam potissimam* μιμησεως, pluribus tradit Halicarnassensis. Vide *De Dinarcho Iudicium* Cap. V. p. 182. *Oxoniae* 1704. Is etiam περι Μιμησεως *Commentarium* ediderat, e quo plura excerpsit in libro *De Praecipuis Historicis.* Cap. III. p. 306.

Lin. 8. πολυπραγμοσυνην) Etsi haec vox vulgo vertatur *curiositas*, ita ut Librum Plutarchi Περι Πολυπραγμοσυνης inscribat Erasmus *De Curiositate*; tamen a Philodemo alio heic sensu adcipitur, quem aliorum Auctorum ductu facile agnoscemus. Nimirum πολυπραγμοσυνην A. Gellius *negotiositatem* interpretatur, *Noct. Att. XI. 16.* Apud Aristotelem πολιτικοι dicuntur πολυπραγμονες, nempe *multarum actionum, rerumque alienarum studio distenti.* Invaluerat enim apud veteres illa opinio, nullam artem esse Politica difficiliorem, eamque omnium scientiarum adminiculis esse adprime fulciendam. Vide eumdem Philosophum *Ethic.* L. I. c. 1. Platonem *Epist.* VII. Xenophontem *Cyr. Paed.* Lib. II. et Iamblichum *Epist. ad Aphaleum De Prudentia.* Quare tantam vir Politicus debet πολυπραγμοσυνην praeseferre, ut omnia ad civitatem regendam necessaria uno pene intuitu prospiciat. Vide plura hac de re apud Stobaeum *Serm.* XXVIII.

Lin. 14. et seq. το ταττομενον απο φυσεων) Nullum sensui, ac spatio adcommodatius supplementum occurrit. Ταττομαι enim hoc sensu legitur apud Xenoph. *Cyr. Paed.* 4. et seq. et passim occurrit τεταγμενος χρονος, τεταγμενη χωρα, et τα τεταγμενα, *quaecunque a natura ordinata sunt.* Vid. Budaeum *Comm. Linguae Graec.* p. 536. et Zeun. *ad Xenoph. Cyr. Paed.* 16.

Lin. 16. επικοινωνιας) Si a κοινωνος fit επικοινωνος apud Hippocratem 23. 42., et apud Philonem 4. p. 210; atque a κοινωνεω habemus επικοινωνεω apud Aristotelem *Oeconom.* II.; quis adeo morosus erit, ut Philodemo invideat, quod a κοινωνια επικοινωνιαν effinxerit? Nos hanc vocem in Lexicis minime obviam libenter refinximus, spatio, indiciis, sensuque ipsam inclamantibus. *Connexio* enim, quae inter hominis indolem, et disciplinarum exercitia intercedit, potius επικοινωνια, quam κοινωνια dicenda videtur, si αναλογιας, et προθεσεως vis probe teneatur. Id autem ad illam usu receptam sententiam refertur, *male respondere coacta ingenia*, ut Seneca monuit, et *nihil faciendum invita Minerva.* Horat. *Art. v. 385.* Porro verbo hactenus explanato litterulam adiunxerat librarius, quam deinde obelis confixit; ne alia syllaba, eaque satis longa versiculus excresceret.

Lin. 19. et seq. χρονον εφεξειν αν προτρεχονται) Non leve nobis incommodum haec verba restituenda adtulerunt: quae tamen ad rem facere tum residua elementa, tum sensus satis evincunt. Phrasis χρονον επεχειν, obvia licet non videatur, satis tamen probari poterit ex re-

cepto sensu εφεξεως, atque εποχης, quae ad tempus referuntur. Mens itaque Philodemi ea est; ut non exspectemus a natura, quod ipsa per se, ac sine congrua institutione perficere nequit, sed tempus adtendamus, quo et institutio compleatur, et naturae vires absolutae exserantur. *Omnia* enim *tempus habent*, inquit Ecclesiastes Cap. IV. v. 1. Vide etiam Plinium Epist. L. VII. 9. et M. Aur. Antoninum L. V. Cur autem tempus praecipue requiratur ad conciones rite habendas, et a pueris, quamvis optimae indolis, expeti non debeant, saepe docet Quintilianus; cuius prae ceteris haec verba referamus: *si cui multa videor exigere, cogitet Oratorem institui, rem arduam, etiam cum ei formando nihil defuerit. Praeterea plura, ac difficiliora superesse. Nam et studio perpetuo, et praestantissimis praeceptoribus, et pluribus disciplinis opus est. Instit. Orat. L. I. c. 1.*

Lin. 21. δημηγοριας) Praeter locum, et residua elementa, duo quoque adsunt, quae ad hanc vocem non respuendam, lector, habes. Alterum scilicet, quod Plato docet: ουκ ουν ἡ Ῥητορικη δημηγορια αν ειη; Ου ῥητορευειν δοκουσι σοι ὁι ποιηται εν τοις θεατροις; *Nonne Rhetorica quoque popularis est? An non Rhetorica uti in theatris poëtae tibi videntur? Gorg. edit. Bipont. T. IV. p. 120.* Vide Heind. ad Platonis Gorgiam p. 119. Alterum vero, quod a Cicerone discimus, ubi de concionibus ad populum habendis sic loquitur: *nihil huc, nisi perfectum ingenio, elaboratum industria adferri oportere. Pro Lege Manilia* n. 1. Si igitur apud Graecos δημηγορια fuit *Rhetorica popularis*, ac si Orationes populares *perfectum* aliquid requirebant; non abs re Philodemus heic dicit *pueros eis habendis non esse idoneos.* Quapropter supplementum recto stare talo videtur. Plura de *Sermonis Civilis* difficultatibus habes apud Dionysium Halicarnassensem *De Comp. Verb.* Cap. XII. p. 19. et Cap. XXVI. p. 57. et seq. *Oxoniae* 1704.

Lin. 27. προσφανησεται χαριν εχειν) Verbum, quod restituimus προσφανησεται, aptissimam Philodemi sermoni significationem habet. Denotat enim illam *adparentem utilitatem* suarum Disciplinarum, quam praetendebant Sophistae ad artem suam facilius venditandam. Ceterum *Artes ferme omnes, et Philosophia, et Grammatica, et quotquot sunt Disciplinae*, viro Politico informando necessariae semper visae sunt. Plura Naudaeus *Bibliogr. Politic.* p. 8. et seqq. *Francofurti* 1673. Grotius *Consil.*, ibid. p. 132. et seqq. Colerus *De Studio Politico ordinando*, ibid. p. 172. et seqq.

Ε ΤΩ ΔΙΑΤΡΙΒ
ΕΡΧΕϹ ΙΠΟΛΕΙΤΕΥΕϹΘΑΙ
ΔΥΝ ΜΕΝΟΥϹ ΚΑΙΤΑΥ
ΤΑΜ ΝΕΠΙΤΟϹΟΥΤΟΝ
ΕΠΕΙΔ ΝΔΕΡΩΤΩϹΙΝΕΙ
ΜΗΤ Ϲ ΗΤ ΡΑϹΦΗϹΟ
ΜΕΝ Ο ΕΙΤΙΚΟΥϹΤΙ
ΝΑϹΑΛ ΟΥ ΑΠΟΚΡΙΘΗ
ΝΑΙΡΑ ΥΝϹ ΤΙΤΟΥϹΙΔΙΩ
ΤΑϹΟΥ Τ ΟΥ
ΔΕΤ ϹΕΠΕΙ
ΔΗΜ ΩΝΕ
ΔΟΞ ΜΗΔΕΝΥ
ΥΠΑ ΝΑΛΛΑΚΑΙΤΟΙϹ
ΡΗΤϹ Ν ΜΕΝΤΟΙΤΟΥϹ
ΠΑΝ ΥΡΙΚΟΥϹΑΛΛΑ
ΤΟΥϹ ΤΟΙϹΑΛΗΘΙΝΟΙϹΑ
ΝΑϹ ΕΦΟΜΕΝΟΥϹΑΓΩ
ϹΙΚΑΙΠΟΛΛΟΥϹΤΩΝΟΥ
ΡΗΤΟΡΩΝΔΥΝΑΜΙΝ ΕΚ
ΤΗΜΕΝΟΥϹΠΟΛΕΙΤΙΚΗ
ΧΩΡΙϹΤΟΥΓΕΛΟΙΟ ΑΤΟΝ
ΕΙΝΑΙΤΟΔΙΑΛΑΜΒΑΝΕΙΝ
ΑΝΟΠΕΡ Λ ΓΟΥ
ΜΕΝΟϹΜΗΔ ΝΑ ϹΕΙ
Ω
ΠΕΙΝ ΚΑΤΑϹΚΕΥΑΖΟΥ
ϹΑΠΟΛΕΙΤΙΚΟΥϹΕΥΘΕΩ
ΑΥ ΟΥϹΠΡΟϹΗΧΕΝΑΙΤΟ
ΕΙΝΑΙΤ ΡΑ
ΤΗ ΡΗΤΟΡΙΚΗΝΗΚΑ
ϹΚ ΥΑΖΟΥϹΑΝΠΟΛΙΤ
ΚΟΥϹ ΑΛΛΑΜΗΝΚΑ
ΔΑ ΝΤΟΥϹΤΟΙΟΥΤΟΥϹΙ
ΡΩ ΝΤΑΙΤΩΝΑ ΤΩΝ
ΜΙΚ ΕϹΤΙΝ ΜΗΚΟϹ

COL. IX

Gio. Bª. Malesci dis. Luigi Corazza inc.

COLUMNA IX.

εκ των διατριβων εξερχεσθαι πολειτευεσθαι δυναμενους. Και ταυτα μεν επι τοσουτον· επειδαν δ' ερωτωσιν, ει μη τους Ρ'ητορας Φησομεν πολειτικους, τινας αλλους, αποκριθηναι ῥαδιον εστι τους ιδιωτας· ου γαρ τας δειξ..ς, ουδε τας διατριβας, επειδη μειους δι' αυτων εδοξαν, Φαιμεν μηδεν ὑπαρχειν· αλλα και τοις Ρ'ητορσιν μεν τοι τους Πανηγυρικους; αλλα τους εν τοις αληθινοις αναστρεφομενους αγωσι, και πολλους των ου Ρ'ητορων δυναμιν κεκτημενους πολειτικην. Χωρις του γελοιοτατον ειναι το διαλαμβανειν αν (ὅπερ και ὁ απολογουμενος μη δυνατος ειπειν) τω κατασκευαζουσα πολειτικους, ευθεως αυτους προσηχεναι το, την Ρ'ητορικην ειναι παρασκευαζουσαν πολιτικους. Αλλα μην και ουδ' αν τους τοιουτους προαιρωνται των λογων, μικρον εστιν ετι μηκος· το γαρ

ex rhetoricis exercitationibus prodeunt, qui rempublicam administrare valent. ¶ Atque haec huc usque protracta sunt: quando autem interrogent, quosnam alios dicemus politicos, si Rhetores non dicimus; facile est respondere, homines rhetoricae ignaros; neque enim specimina, neque exercitationes, siquidem ob haec isti inferiores visi sunt, dixerimus aliquid esse; sed et prae Rhetoribus utique Panegyricos, eos certe, qui in veris versantur certaminibus, et multos eorum, qui quum Rhetores non sint, facultate politica pollent. Praeterquamquod valde ridiculum est censere (quod ne ipse quidem defensor poterit dicere) nempe ea verba: *Rhetorica perficiens politicos*, ipsos *Sophistas* recte explicuisse hoc modo: *Rhetoricam esse, quae praeparat homines ad politicam.* Enimvero nec si talem loquendi rationem praeoptent, parva superest distantia;

CAP. V.

Quinam dicendi sint politici.

Lin. 9. τους ιδιωτας) Ipsos heic vocat τους ιδιωτας, quos mox adpellabit τους εν ιδιωτεια, eosque denotat, qui *ignari* sunt. Et quoniam de *Rhetorica* agitur, perspicuitatis gratia vertimus *homines Rhetoricae ignaros*. Re sane vera ιδιωται dici solebant ii, qui *privatam vitam degebant*, unde ipsis opponuntur ab Herodiano οἱ αρχοντες· siquidem scribit: γενομενος μη φαυλος ανθρωπος, μητε αρχων, μητε ιδιωτης· *factus homo non improbus, qui nec magistratu fungitur, nec privatam agit vitam. Hist.* L. III. 4. 15. Quamobrem *vulgus indoctum*, seu *homines illiterati* ιδιωται vocantur, atque adeo τοις πεπαιδευμενοις opponuntur a Luciano *Lexiph.* T. II. 349. *Amst.* 1743. Peculiariter vero ita nuncupatur quisquis ad eam rem, de qua agitur, *indoctus* est: cuius significationis testimonium habes in Thucyd. *Hist.* L. II. c. 49. Quare sensus iste ad Philodemi mentem explicandam propius accedere videtur, ad quem etiam referendum est illud οἱ εν ιδιωτεια, quod mox occurret Col. XV. vers. 4. Haec enim phrasis non solum *vitam privatam*, sed etiam *inscitiam*, seu *imperitiam* indicat in Luciano: *Quomodo oportet etc.* T. II. 35. cui addendi sunt Plato *De Legibus* L. III. p. 696, ac Thucydides *Hist.* L. I c. 32.

Lin. 14. et seq. τοις Ῥητορσιν μεν τους Πανηγυρικους) Iure meritoque *Rhetoribus* praefert *Panegyricos*, ac proprie eos, qui *in veris certaminibus*, seu *publicis contentionibus* versantur. Si enim haec vox ita generalem habet significationem, ut ad quasvis res *celebres*, *splendidas*, *theatrales* possit referri, quod passim Lexicographi adnotarunt; nihil mirum est, si Noster ad homines, qui *in veris certaminibus versantur*, indigitandos ipsam adhibendam censeat. Re sane vera legimus apud Isocratem: εν τοις οχλοις τοις Πανηγυρικοις, οἱς πλειους ειναι τους καθευδοντας ακροωμενων: *in turba promiscua, in qua plures esse dormientes, quam audientes* etc. *Panathenaic.*; ubi videre est Πανηγυρικας *ad turbas* referri; quod parum differt a Philodemi loquutione. Ex his autem liquido eruimus vocem *Panegyricum* Latine non tam late patere, quam Graece; siquidem in Latio tantummodo ad *laudatorium* sermonem, seu librum designandum usurpatur.

Lin. 24. et seq. ὁπερ και ὁ απολογουμενος) Non semper passiva significatione hanc vocem explicandam plura docent exempla. Sic Plutarchus απολογουμενος δια γραμματων ταις κατηγοριαις, *respondens per litteras ad obiecta sibi crimina. Vit. Themist.* Tom. I. pag. 123. *Franc.* 1699. Lucianus etiam scripsit απολογουμενου ακουειν, *causam dicenti aures praebere. Piscat.* n. XV. T. I. p. 586. et απολογησομαι ταυτι, *hoc diluam. Abdic.* n. III. T. II. p. 161.

Lin. 32. et seq. τους τοιουτους προαιρωνται των λογων) Vim partitivam pronomini tribuimus, ut sensus recto staret talo. Habes exempla in aliis scriptoribus. Vide Schneid. ad Xen. *Cyr. Paed.* 54.

ΤΩΝΠΟΛΕΙΤΙΚΩΝΕΡ
ΓΟΝ ΤΡΟΙΣΤΑΣΘΑΙΠΟΛΕ
ΩΝ ΥΜΒΟΥΛΕΥΕΙΝΠΡΕΣ
Β ΝΕΜΠΕΙΡΙΑΝΕΧΕΙΝ
Ν ΩΝΨΗΦΙΣΜΑΤΩΝΤΩ
Σ ΟΙΧΩΝΤΟΥΤΟΙΣΤΟΙΣ
Δ ΤΟΡΕΣΕΠΙΣΤΑΝΤΑΙ
ΠΑ ΑΤΑΥΤΑΚΑΙΔΥ
Ν ΤΑΙΤΟΜΕΝΧΑΡΙΝΑΥ
ΤΩΝΜΗΔΕΙΚΝΥΣΘΑΙΤΟ
ΗΤΟΡΑ Η ΗΤΟΡ
Δ ΧΕΙΝ
Τ ΟΜΕΝ Υ
Α ΤΟ ΤΟΤΙΝ
ΟΥΚΟΝΤΑ
Ρ ΤΟΡΑΣΠ ΤΑΥΤΕ
ΙΝ Α ΛΑ ΥΣΡΗΤΟΡΑ
ΑΝΜΕΝΤΟ ΣΣΧΟΛΑΣΤ
ΚΟΥΣΛΑΜΒΑ ΩΣΙΝΓΕΛΩ
ΤΑΠΟΛΥΝΠΑΡΕΞΟΥΣΙΝ
ΗΜΙΝΑΝΔΕΤ ΥΣΕΜΠΡΑΚ
ΤΟΥΣΟ ΧΗΜΑΣΕΧΟΥΣΙΝ
ΕΝΑΝΤ ΥΜΕΝΟΥΣΕΑΥ
ΕΡΙ ΗΣΟΥΣΙΝ
ΟΥΔΕΝ ΟΤΑΝΔΕ
ΓΕΛΟΙΟΥΣ ΝΑΙΦΩΣΙΤΟΥΣ
ΑΦΑΙΡΟΥΜΕ ΟΥΣΤΗΝΠΟ
ΛΕΙΤΙΚ ΝΔΥΝΑΜΙΝΤΕ
ΙΑΣΡΗΤΟΡΙΚΗΣΕΜ
ΠΕΡΙΕΙΛΗΜΜ ΝΗΝΕΝ
ΤΗΠΡΟΛΗΨΕΙΚΑΘΑΠΕΡ
ΤΟΥΣΤΗΣΙΑΤΡΙΚΗΣΤΗΝΕΙ
ΔΗΣΙΝΤΩΝ Ω

COL. X

Gio. Bª. Malesci dis. — Luigi Corazza inc.

COLUMNA X.

των πολειτικων εργον, προϊσθασθαι πολεων, συμβουλευειν πρεσβευσιν; εμπειριαν εχειν νομιων ψηφισματων των συστοιχων τουταις. Τοις δε Ρ῾ητορες επισταντ αι παντα ταυτα· και δυναται το μεν χαριν αυτων μη δεικνυσθαι, το δε, αν ὁ Ρ῾ητωρ μη ῥητορευῃ, δοκεισθαι αυτον μη εχειν. Ἡμεις δε λεγομεν ουκ αυτους τοιουτο τι, αλλα μαλλον τους ουκ οντας Ρ῾ητορας παντα ταυτ᾽ εχειν. Αλλα τους Ρ῾ητορας, αν μεν τους σχολαστικους λαμβανωσιν, γελωτα πολυν παρεξουσιν ἡμιν· αν δε τους εμπρακτους, ουχ ἡμας εχουσιν εναντιουμενους· ἑαυτοις γαρ περιθησουσιν ουδεν ατοπον. Ὁ῾ταν δε γελοιους ειναι φωσι τους αφαιρουμενους την πολειτικην δυναμιν γε τελειας ῥητορικης, εμπεριειλημμενην εν τῃ προληψει, καθαπερ τους της ιατρικης την ειδησιν των ὑγιεινων,

est enim politicorum munus praeesse civitatibus, consilia dare senatoribus, experientiam habere legalium decretorum ad haec pertinentium. Ex eorum autem sententia Rhetores norunt haec omnia: et potest aliquid quidem propter ipsos non monstrari, aliquid vero, quando rhetor non concionatur, videtur ipse non habere. Nos autem dicimus, non eos quidpiam huiusmodi, sed potius aliquos, qui non sunt Rhetores, haec omnia habere. At Rhetorum nomine si intelligunt eos, qui in schola tantum versantur, multum risum nobis movebunt: si autem eos, qui negotiis gerendis incumbunt, nos non habent adversantes; nihil enim non consentaneum sibi adrogabunt.

CAP. VI.

Num perfectae Rhetoricae notio complectatur politicam

¶ Quum autem ridiculos dicunt esse eos, qui a perfecta Rhetorica auferunt politicam facultatem in illius notione complexam, non secus ac eos, qui a medicina cognitionem rerum salubrium,

Lin. 3. et seq. συμβουλευειν πρεσβευσιν) *Seniores* πρεσβεις interdum dicebantur. Vide Scholiast. Aristophanis *Acharn.* vers. 93. Sed si litterulas aliquanto diductas in αυτογραφῳ arctius reponas, leges protinus πρεσβυσιν. Hos autem Hesychius h. v. interpretatur αγορανομους αρχοντας. Sensus sic erit planior. Ad rem facit illud Xenophontis: συμβουλευομεθα σοι, τι ποιειν, *de eo, quod nobis agendum sit, tecum deliberamus. De Cyr. Exped.* L. II. p. 274. et illud: τουτον δε καλησας συνεβουλευετο αυτῳ, *hunc quum arcessisset, cum eo deliberabat. Cyr. Paed.* L. VIII. p. 213. T. I. *Paris.* 1625.

Lin. 4. et seq. ἐμπειριαν εχειν νομιων ψηφισματων) Plures fuisse *decretorum* species satis constat ex Petito *Leg. Attic.* L. II. Tit. 2. et Pottero *Antiquit. Graec.* L. I. c. 26. Vocantur autem heic νομια ψηφισματα ea *senatusconsulta*, vel *plebiscita, quae in leges abibant.* Quamquam enim το νομιον apud Hesychium, et Suidam significet, *quod iustum est;* tamen νομιον interdum ad ψηφισμα referendum est (nisi placeat heic νομικα pro νομια legere). Vide Heind. ad Platonis Theaet. p. 389. N.

Lin. 14. τουτο τι) Loquutio haec non inusitata nostris favet conatibus. Legitur nimirum τοιουτος τις apud Diodorum Siculum L. II. 464. et τοιαυτη τις apud Polybium L. III. 45. 6. ac τοιαυτοι τινες apud eumdem Diodorum L. I. 371.

Lin. 17. et seqq. τους Ρήτορας, αν μεν τους σχολαστικους λαμβανωσιν) Quosnam adpellet Philodemus *Rhetoras scholasticos*, facili negotio adsequi possumus. Erant enim quidam Rhetores, qui tantummodo in Scholis aut Artis praecepta didicerant, aut alios ea docebant: siquidem Plutarchus Sophistis modo σχολας, modo διατριβας adscribit. *Polit. Praecept.* T. II. p. 813, et idem Auctor σχολας, και διατριβας coniungit. *De Exsilio* p. 605. et *Vit. Pericl.* T. I. p. 172. *Franc.* 1699. Hos igitur heic carpit Noster.

Lin. 21. et seq. τους εμπρακτους) Rhetores nonnullos ex Scholis *ad agenda negotia* prodeuntes recte εμπρακτοις Philodemus adpellavit, ipso etymo, ac vi nominis id suadente. Ita sane Budaeus, qui hoc probat DD. Gregorii, et Basilii auctoritate: quibus addamus, oportet, hunc Diodori Siculi locum L. 5. quo Diomedon adpellatur ανηρ και τα περι τον πολεμον εμπρακτος, και δικαιοσυνῃ τε, και ταις αλλαις αρεταις δοκων διαφερειν. *Vir et bellicis in rebus exercitatus, et iustitia, ceterisque virtutibus praecellere existimatus.* L. XIII. n. 102.

Lin. 29. et seqq. εμπεριειλημμενην εν τη προληψει) Loquutio usitata, quam et mox parum variatam relegemus. Νοησει μετα λογου περιληπτον in Platonis *Timaeo* occurrit. T. III. p. 28. *edit. Steph.* et facem praebet propositis verbis rite intelligendis; significat enim, *quod per rationem intelligentia comprehendit.* Propius adcedit illud Origenis Contra Celsum L. IV. p. 205. εν ονοματι εμπεριλαβοντες, *in nomine complexi.* Nec quidquam incommodi adfert nomen προληψις, cuius frequens usus apud Dialecticos; siquidem hanc vocem Cicero non modo *praesumtionem, sive anticipationem, sive praenotionem. De Nat. Deor.* L. I. c. 16. et seq. et *De Divinat.* L. II. c. 53. sed etiam ipsam *notionem* interpretatur. *Top.* C. VII. *Notionem,* inquit, *adpello, quod Graeci tum* εννοιαν, *tum* προληψιν *dicunt. Ea est insita, et ante percepta cuiusque formae cognitio, enodationis indigens.* Pariter *Acad. Quaest.* L. IV. C. 10. *Notitiae rerum, quas Graeci tum* εννοιας, *tum* προληψεις *vocant; eo quum adcessit ratio, argumentique conclusio, rerumque innumerabilium multitudo; tum et perceptio rerum omnium adparet, et eadem ratio perfecta his gradibus ad sapientiam pervenit.* Haec Tullii loca ad Philodemi mentem adsequendam satis prodesse videntur.

ΚΑΙΝΟϹΗΡΩΝΗΔΟΝΗϹ
ΕΙϹΙΝ$\overset{\text{ΑΝ}}{\text{Α}}$ΜΕϹΤΟΙΠΩϹΓΑΡ
ΗΜΗϹΥΓΧΩΡΟΥΜΕΝΗΠΕ
ΡΙΠΟΙΕΙΝΤΗΝΠΟΛΕΙΤΙ
ΚΗΝΕΜΠΕΡΙΕΙΛΗ ΕΝΑΙ
ΚΑΤΑΤΗΝΠΡΟΛΗ ΝΔΟ
ΘΗϹΕΤΑΙΤΗΝΠΟΛΕ ΙΚΗΝ
ΑΛΛΟΥΧ ΤΗΝΜΕΝ ΠΑΓ
ΓΕΛΙΑΝΕ ΙΔΙΑΠΕ ΑΙ
ΚΑΙΤΑΥΤΗϹΤΗΝΔΕ ΚΡΙ
Τ ΝΝΟΗ ΙΝΑΥΤΟ ΕΡΙΕ
ΧΕΙΝΤΟΓΙΝΟΜΕΝ ΚΑΙ
ΘΕΩΡΟΥΜΕΝΟΝΑΝ ΛΗΚ
ΩϹ ΟΥΧΡ Δ ΟΓΟΥ
ΠΛΕΙΟΝΟϹΟΥΔΕ ΡΟϹΤΟ
Τ ϹΠΟ ΙϹΥΠΟ ΩΝΡΗ
ΤΟΡΩΝΔ $\overset{\text{Ω}}{\text{Ι}}$ΚΗ ΘΑΙΚΑΝ
ΡΑΠΑΝΤΑΠΑΡΙΤΩΜΕΝ
ΟΤΩΝΠΟΛΕΙΤΙΚΩΝ
ΡΗΤΟΡΩΝΚΑΘΟΠΟΛΕΙΤΙ
ΟΙΔ ΙΩΚΗϹΘΑΙΔΩϹΟ
ΜΕΝΟΥΧΥΠΟΤΩΝΡΗΤΟ
ΡΙΚΩΝΑΝΔΕΚΑΙΥΠΟΤΟΥ
ΤΩΝΟΥΚΑΘΟΡΗΤΟΡΙΚΟΙ
ΠΑΡΑΠΛΗϹΙΩϹΔΟΥΔΕ
ΠΡΟϹΤΟΤΟΥϹΦΙΛΟϹΟΦΟΥϹ
ΜΗΔΕΝΠΕΠΡΑΓΜΑΤΕΥϹ
ΘΑΙΠΕΡΙΠΟΛΕΙΤΕΙΑϹΑΛ
ΛΑ ΟΥϹΡΗΤΟΡΑϹ ΛΟΙϹ
ΜΕΝΓΑΡΑ Α ΑΙΤΟ
ΕΧΕϹ Ι ΠΑΡΑΔΗ ΩΝ
ΟΜΟΛΟΓΕΙϹΘ ΔΙΑ
ΤΟΥΤΟϹΥΓΧΩΡΕΙϹΕ ϹΤΟ

COL. XI

Gio. B.a Malesci dis.   Luigi Corazza inc.

COLUMNA XI.

και νοσηρων, ἡδονης εισιν αναμεστοι. Πως γαρ, ἡ μη συγχωρουμενη περιποιειν την πολειτικην, εμπεριειληφεναι κατα την προληψιν δοθησεται την πολειτικην; Αλλ' ουχι την μεν επαγγελιαν επιδιαπτεσθαι και ταυτης, την δ' εγκριτον νοησιν αυτο περιεχειν το γινομενον, και θεωρουμενον αν εκπληκτως; Ου χρεια δε λογου πλειονος ουδε προς το τας πολεις ὑπο των Ῥητορων δεδιωκησθαι. Καν γαρ ἁπαντα χαριτωμεν, ὑπο των πολειτικων Ῥητορων, καθο πολειτικοι, διδιωκησθαι δωσομεν, ουχ ὑπο των Ῥητορικων· αν δε και ὑπο τουτων, ου καθο Ῥητορικοι. Παραπλησιως δ' ουδε προς το τους Φιλοσοφους μηδεν πεπραγματευσθαι περι πολειτειας, αλλα τους Ῥητορας. Αλλοις μεν γαρ ἁπαντα και τοι εχεσθω· παρα δ' ἡμων ὁμολογεισθω, ὁτι δια τουτο συγχωρεις εις το

et noxiarum auferunt, absurda animi elatione laborant. Quomodo enim rhetoricam, quam non concedimus politicam comparare, politicam in sua notione complecti concedemus? Nonne potius dicetur *rhetoricae* promissionem adtingere etiam politicam, exactam vero notionem continere illud, quod ab ea fit, et quod non temere in ipsa consideratur? ¶ Non est opus autem prolixioris orationis ad illud: civitates a Rhetoribus fuisse gubernatas. Etsi enim omnia benigne concedamus; a Rhetoribus politicis, in quantum politici sunt, gubernatas fuisse concedemus, non a Rhetoricis: si autem etiam ab istis, non in quantum Rhetorici sunt. Similiter autem nec ad illud: nec Philosophos ullam reipublicae administrandae operam dedisse, sed Rhetores. Quamquam enim ab aliis haec omnia pro veris habeantur; nos tamen fateamur, oportet, quod per hoc tu devenis ad dicendum,

CAP. VII.

Rhetores, an Philosophi civitates gubernarint.

Lin. 1. et seq. ἡδονης εισιν αναμεστοι) Η῾δονη heic proprie significat *animi elationem rectae rationi adversam.* Etenim ex Cicerone *De Finib.* Lib. II. n. 13. L. III. n. 35. et *Quaest. Tusc.* L. IV. n. 13. quod a Stoicis dicitur Η῾δονη, αλογος επαρσις, vertendum videtur *laetitia gestiens*, vel *nimia*, aut *sine ratione animi elatio.* Ita scilicet definitur ἡδονη a Zenone: ἡδονη εστιν αλογος επαρσις εφ' αἱρετῳ δοκουντι ὑπαρχειν: *voluptas est irrationabilis elatio ob rem, quae videbatur expetenda.* Huic opponitur ευλογος επαρσις. Laërt. *Vit. Zen.* Lib. VII. 114. et seq. Consule Philonem *Allegor.* L. II. Eodem sensu Cicero *De Offic.* L. I. n. 20. dixisse videtur *voluptatem animi.* Respondet itaque Philodemi loquutio Demosthenicae illi, μεστος ὑπερηφανιας, και ὑπεροψιας, *plenus superbiae, et despicientiae. Contra Midiam* p. 577. T. I. *Lipsiae* 1770. quia illa *animi elatio* hanc *despicientiam* efficit, qua Sophistae redundabant.

Lin. 9. επιδιαπτεσθαι) *Decompositum* Lexicographis ignotum, quod, nisi fallimur, idem sonat ac εφαπτεσθαι, quodque dormitans Amanuensis scripsit επιδιαττεσθαι, quia dictantis vocem, soni adfinitate deceptus, male auribus exceperat. Ad rem autem facit hoc verbum, quia tantam Sophistae Arti suae amplitudinem tribuebant, ut posset ad omnes scientias, et praecipue ad Politicam extendi, ac *pertingere.* Vide, quae supra in Praefatione monuimus.

Lin. 10. et seq. Εγκριτον νοησιν) Ita adpellat eam *notionem*, quae ad Rhetoricae naturam *exacte* pertinet. Ceterum de hac vide Aristotelem *Rhetoric.* Lib. I. c. 2. T. III. p. 701. *Paris.* 1654 et Platonem in *Phaedr.* pag. 261. et seqq. T. III. *Ed. Steph.* Νοησις enim a Polluce L. V. segm. 126. vocatur σκληροτερον, και αμφιβολον, non quia ipse ignoret eam adhibitam ab optimis Scriptoribus; sed quia οιησις, ὑποληψις, ὑπονοια, leviorem, ac mitiorem sensum habent. Re vera Plato de ipsa scribit: το νοησει μετα λογου περιληπτον, *quod intelligentia cum ratione comprehenditur. Tim.* p. 28. T. III. *edit. Steph.* Plutarchus inde inquit: τα περι τας νοησεις, ἁς εναποκειμενας μεν εννοιας καλουσι, κινουμενας δε διανοησεις, *notiones, quas, dum intus repositae sunt, notitias, dum vero in motu sunt, cogitationes vocant. De Soll. Animal.* pag. 961. T. II. *Francof.* 1599. Quum igitur duriore hoc sensu egeret Philodemus, non solum hanc vocem usurpavit, sed επιθετον etiam addidit opportunum. Εγκριτος nimirum est *adprobatus, receptus;* unde εγκριτεον *adprobandum* in S. Ioann. Chrys. *in* II. *ad Corinth.* Serm. X.

Lin. 13. et seq. ανεκπληκτως) Hoc adverbium placuit restituere, et vertimus *temere.* Ανεκπληκτικος enim, apud Graecos audiit, qui Latinis est *imperterritus*, ac proinde *intrepidus.* Vide Aristot. *Eth. ad Nic.* L. III. c. 10. Hinc adverbium hoc apud Plutarchum *De Virtutib. Mulier.* T. II. pag. 260. *Francofurt.* 1599. *temere*, vel *confidenter* verti potest.

Lin. 17. δεδιωκεισθαι) Sensui adcommodatam reposuimus vocem, quia διοικεισθαι πολεις passim occurrit apud Graecos Scriptores. Αριστα ἡ πολις οικησεται, *optime civitas administrabitur,* habes in Thucyd. L. VIII. cap. 77. pag. 102. T. V. *edit. Bipont.* Οικουμενη πολις, *bene constituta civitas*, legitur in Plat. *De Rep.* L. II. Quare διοικειν pari sensu adhibetur: διοικησας δε ταυτα, ὡς ωετο, αριστα, *his optime pro suo iudicio constitutis.* Herod. L. II. 3. et paullo ante διοικησας τα κατα την Βρεττανιαν, *rebus Britanniae ordinatis.* Praeterea apud Demosthenem occurrit illud: εν τῳ περι την διοικησιν μερει ταξας της πολιτειας το κατ' αρχας· *ut primum ad Reip. administrationem adcessit, in curatione munerum se conlocavit.* Epist. III. *De Lycurgi Liberis:* sub init.

Lin. 18. χαριτωμεν) Perperam Librarius scripserat παριτωμεν.

Lin. 20. καθο πολειτικος) Scholasticis Philosophis haec formula placet, qua propositio *reduplicativa* effertur. Significat enim το κατα θεσιν, και τοπον ex Aristot. Metaphys. L. IV. Vide Thomam Magistrum 486. 816. 893.

ΜΗΔΕΑΠΟΤΕΛΗΝΠΟ
Λ ΤΙΚΟΥϹΤΗΝΦΙΛΟϹΟ
ΦΙΑΝΜΗΜΕΝΤΟΙΛΕΓΕϹ
ΘΩΙΜΗΔΗϹ ΤΙΚΗΚΑ
ΤΑϹΚΕΥΑΖ ΑΥΤΟΥϹΟΥ
ΓΑΡΕΙΓ ΝΤΙΝΑϹ
ΦΑΗΝΑΦΟΥϹ ΝΤΑΙϹΤΕ
ΧΝΑ ϹΟΝΟΜΑϹΙΝΚΑΤΑ
Χ ΩΜΕΝΟΥ ΤΙϹΙΝΟΙϹΚΑΙ
Ο ΛΕΙΤΙ ΟΙΔΙΑΤΑ
ΤΗ ΤΗΝΑΙ ΑΝΚΑΙΔΗΤΗϹ
Π ΕΙΤΙΚ ΔΥΝΑΜΕ
ΩϹΑΠΕΡ ΝΑΥ
ΤΗΝΕΡΟ ΝΟΥΤΩϹ
ΓΑΡΟΥΚΑΝ ΑΝΟΙΜΕΝ
Π ΙΠΑΝ ΠΡΟϹΝΕΜΟΝ
ΤΕϹΥΠΕΡϹ ΝΕΠΑΓΓΕΛ
ΛΟΝΤΑΙϹΥΓ ΡΑΦΕΙΝ ΟΥ
ΚΟΥΝΕΠΕΙΚΑΙΤΑΥΤΑΤΗϹ
ΥΝΕΧΟΥϹΗϹΕΠΙΔΡΟ
ϹΤΕΤΕΥΧΕΛΟΙΠΟΝΑ
ΝΕΙΗΔΙΑΛΑΒΕΙΝΕΚΕΙ
ΟΜΕΡΟϹΕΙΟΡΗΤΩΡ
ΕΝΕΚΑΡΗΤΟΡΙΚΗϹΑΓΑ
ΘΟϹΑΝΓΕΝΟΙΤΟΠΟΛΕΙΤΙ
ΚΟϹΤΟΝΜΕΝΤΟΙΝΥΝΤΕ
ΔΙΑΤΡΙΒΙΚΟΝΡΗΤΟΡΑΠΩϹ
ΑΝΛΕΓΟΙΜΕΝΚΑΘ ϹΟΝ
ΡΗΤΩΡΑΓΑΘΟΝΑΝΓΕΝΕϹ
ΘΑΙΠΟΛΕΙΤΙΚΟΝΟϹ ΕΟΥ
ΔΟΛΩϹΠΟΛΕΙΤΙΚΟϹΕΥ
ΡΙϹΚΕΤΟΚ ΘΟϹΟΝΡΗΤ
ΠΕΡΔΕ ΠΟΛΕΙΤΙΚ

COL. XII

Gio. B.ª Malesci dis. Luigi Corazza inc.

COLUMNA XII.

μηδε αποτελειν πο-
λειτικους την Φιλοσο-
Φιαν. Μη μεν τοι λεγεσ-
θω μηδ' ἡ σοΦιστικη κα-
τασκευαζειν αυτους· ου
γαρ ει ποιει αν τινας
ΦληναΦους., εν ταις τε-
χναις ονομασιν κατα-
χρωμενους τισιν, ὁις και
ὁι πολειτικοι, δια ταυ-
την την αιτιαν και δη της
πολειτικης δυναμε-
ως απεργαστικην αυ-
την ερουμεν · οὑτως
γαρ ουκ αν Φανοιμεν
πασι παντα προσνεμον-
τες, ὑπερ ὧν επαγγελ-
λονται συγγραΦειν. Ου-
κουν επει και ταυτα της
συνεχουσης επιδρο-
μης τετευχε, λοιπον αν
ειη διαλαβειν εκει-
νο το μερος, ει ὁ Ρ'ητωρ
ἑνεκα Ρ'ητορικης αγα-
θος αν γενοιτο πολει-
τικος. Τον μεν τοι νυν
διατριβικον Ρ'ητορα πως
αν λεγομεν, καθοσον
Ρ'ητωρ, αγαθον αν γενεσ-
θαι πολειτικον, ὁς γε ου-
δ' ὁλως πολειτικος ευ-
ρισκετο, καθοσον Ρ'ητωρ;
Ὑπερ δε του πολειτικου

ne philosophiam quidem perficere politicos. Itaque nec ars sophistica dicatur ipsos efficere; neque enim si efficit quosdam nugatores, qui in suis technis abutuntur nonnullis nominibus, quibus *utuntur* politici, propterea ipsam facultatis politicae effectricem dicemus: sic enim non videremur singulis singula adtribuere, de quibus *illi* iactant se scribere. Igitur quum et haec convenientem tractationem obtinuerint, reliquum profecto esset illam aggredi quaestionis partem, an Rhetor propter Rhetoricam bonus utique fiat politicus. Verumtamen quomodo Rhetorem exercitationibus incumbentem dixerimus, quatenus est Rhetor, bonum fieri politicum, qui nec politicus omnino esse invenitur, quatenus est Rhetor? Rhetorem vero in rebus politicis versatum

CAP. VIII.

An Rhetor per rhetoricam bonus politicus fiat.

Lin. 7. et seq. εν ταις τεχναις) Vertimus *in suis technis.* Fatemur enim posse verti *in suis artibus*, et ad Rhetoricae praecepta referri ; sed cur heic non diceret *in sua Arte*, quum singulari numero ad id significandum semper usus fuerit Philodemus? Immo τεχνην κατ' εξοχην Artem Rhetoricam intelligendam docet Dionys. *Art. Rhet.* L. II. c. 9. p. 410. Contra vero *technae* maligniori sensu tribuuntur Isaeo, eiusque discipulo Demostheni a nonnullis, qui fraudum, et malitiosae calliditatis eos incusabant. Vide eumdem Dionys. *Iudicium Isaei.* c. IV, ubi ait: *Demosthenes Isaei* τας των λογων τεχνας σεσιτισται, *sermonis technis pastus est* p. 167. *Oxoniae* 1704. Quare Sextus Empiricus Rhetoribus improperat, quod τα κατα νομων εν ταις κακοτεχνοις τεχναις υποτιθενται, *praecepta contra leges in malis suis artibus proponunt. Contra Rhetoras.* L. II. p. 296. *Lipsiae* 1718.

Lin. 13. απεργαστικην) Vocabatur in Scholis απεργαστικον alicuius rei, quidquid illam *efficeret*, et cum genitivo construebatur. Εργαστικος enim, et εργατικος hoc sensu adcipitur, uti adnotat Schw. *Emendationes in Suidam.* 51. et *ad Diodorum Siculum.* I. 186. Hac significatione απεργαστικος legitur in Platone: Γεωμετρια... ειη αν απεργαστικον φιλοσοφου διανοιας, *Geometria........esse utique poterit id, quod efficiat animum ad philosophiam recte compositum. De Rep.* L. VII. p. 572.

Lin. 20. et seq. συνεχουσης επιδρομης) Placet explicationem his verbis adpositam uno, et altero exemplo confirmare ; quum satis frequens non occurrat. Aristoteles ait: συνεχουσι παντες οἱ κολποι, atque ita vertit Gaza, uti et nos. Homerus quoque: ἱνα τε ξυνεχουσι τενοντες *ubi connectuntur nervi.* Iliad. XX. vers. 478. At vero si magis συνεχουσην interpretabimur *continentem*, *conligentem*, seu *complectentem omnia breviter ;* nec sensus immutabitur, nec Lexicographi, quos adire facile est, renuent.

ΡΗΤΟΡΟϹΩΔ ΔΟΚΙ=
ΜΑΖ ΜΕΝΑΠΟΦΑΙΝΕϹ
ΘΑΙΤΗϹΑΓΑΘΟ ΠΟΛΕΙΤ
ΚΟ ΙΑΛΕΚΤΟΥΠΡΟΧ
ΡΩ ΗΛΟΥϹΗϹΜΕΝΚ
ΤΟΙ ΔΥΝΑΤΟΝΠΟΛΕΙΤΙ
ΚΟΝ ΚΑΙΓΕΝΝ ΚΩϹΕΜ
ΠΙ ΟΝΔΗΛΟΥϹΗϹΔΕ
ΚΑΙ ΟΝϹΠΟΥΔΑΙΟΝΤΟΙϹ
ΗΘΕ ΙΠΟΛΕΙΤΙΚΟΝΚΑ
ΤΑ ΕΝΤΟΠΡΟΤΕΡΟΝ
ΤΟ ΗΤΟΡΑΓΑΘΟΝΑ (ΘΟΝΟ above)
Τ ΙΦΑΜΕΝΕΙΝΑΙΠΟ
Τ ΟΝΩϹΠΕΡΤΟΝΑ
Τ ΝΤΟΝΤΕΧΝΕΙΤΗΝΚ
ΘΟ ΝΑΥΛΗΤΗϹΤΕΧΝ
ΤΗ ΝΛΕΓΟΜΕΝΑΥΛΗΤ
ΟΥΤΩϹΔ ΚΑΙΑΓΑΘΟΝΑΥ
ΛΗΤΗΝ ΚΑΤΑΔΕΤΟΔΕΥ
ΤΕΡΟΝΔ ΟΥΚΕΤΕ
ΜΑΙΝΟΜΕΕ ΛΕΓΕΙΝΚΑΘΟ
ΡΗΤΩΡΑΓΑΘΟΝΑΝΓΕΝΕϹ
ΘΑΙΠΟΛΕΙ ΚΟΝΤΟΝΡΗ
ΤΟΡΑΠΡΩΤΟΝΜΕΝΓΑΡ
ΚΑΤΑΥΤ ΕΜΠΕΙΡΙΑΝ
ΤΩΝΠΟΛ ΩϹΠΟΙΩΝϹΥΜ
ΦΕΡΟΝΤΩΝΝΟΕΙΤΑΙΚΑΙ
ΛΟΓΟΥΔΥΝΑΜΕΩϹΚΑΘΑ
ΠΕΡΙΑΤΡΟϹΚΑΤΑΤΗΝΤΩΝ
ΝΟϹΕΡΩΝΚΑΙΥΓ ΕΙΝΩΝ
ΕΑΝΟΥΝΤΑΥΤ ΚΑΝ
ΟΠΟΙΟϹΔΗ ΟΥϹΤΡΟ
ΠΟΥϹΟΥΚ ΤΑΙΡΗ

COL. XIII

Gio. B.a Malesci dis *Luigi Corazza inc*

COLUMNA XIII.

Ῥητορος ὡδε δοκιμαζομεν, απο φαινεσθαι της αγαθου πολειτικου διαλεκτου προχειρως, δηλουσης μεν και τον δυνατον πολειτικον, και γεννικως εμπειρον, δηλουσης δε και τον σπουδαιον τοις ἠθεσι πολειτικον. Κατα μεν το προτερον, τον αγαθον Ῥητορα, αγαθον αυτον φαμεν ειναι πολειτικον· ὡσπερ τον αυλητην τον τεχνειτην, καθοσον αυλητης, τεχνειτην λεγομεν αυλητην· οὑτως δε και αγαθον αυλητην. Κατα δε το δευτερον δηλως ουκ επεμαινομεθα λεγειν, καθο Ῥητωρ, αγαθον αν γενεσθαι πολειτικον τον Ῥητορα. Πρωτον μεν γαρ κατ' αυτην εμπειριαν των πολει, ὡς, ποι, ὡν συμφεροντων νοειται, και λογου δυναμεως, καθαπερ ιατρος κατα την των νοσερων, και ὑγιεινων. Εαν ουν ταυτ' ῃ, ουκ αν, ὁποιος δη εστι τους τροπους, ου κωλυεται Ῥη-

ex hoc probamus, quod ipse se prodat in promtu habentem boni politici loquutionem, quae ostendit quidem politicum et strenuum, et valde peritum, ostendit autem etiam praeditum honestis moribus politicum. Primum quidem bonum Rhetorem, bonum quoque dicimus esse politicum; quemadmodum artificem aliquem, qui tibicen sit, quatenus tibicen est, dicimus artificem tibicinem; atque hoc pacto etiam bonum tibicinem. Secundo autem non adeo aperte insanimus, ut dicamus Rhetorem, quatenus Rhetor est, bonum utique fieri politicum. Primum enim, *scilicet Rhetor politicus*, consideratur secundum ipsam peritiam rerum civitati utilium, uti, ubi, quae sint, et facultatis dicendi; sicut medicus secundum peritiam rerum noxiarum, atque salubrium. Itaque quum haec adsunt, qualiscumque est quoad mores, nequaquam impeditur, quominus

Lin. 4. διαλεκτου) Quemadmodum quaeque Gentes propriam habent διαλεκτον, ita etiam cuiusque artis, et scientiae periti τεχνικοις utuntur vocabulis. Διαλεκτος enim generatim sumta est ιδιωμα γλωσσης, η λεξις ιδιον χαρακτηρα τυπου εμφαινουσα. Corinthus *De Dialectis. edit. Alt.* p. 248. Hoc sensu Fabius: *in Herodoto vero quum omnia, ut ego quidem sentio, leniter fluunt, tum ipsa* διαλεκτος *habet eam iucunditatem, ut latentes etiam numeros complexa videatur.* L. IX. c. IV. pag. 832. *Lugd. Batav.* 1720. Ceterum Διαλεκτος, et Διαλεξις interdum unum idemque esse videntur. Si id minus placet, adcipe διαλεκτον generatim pro *loquutione;* ac memento illud: διαλεκτον εχει apud Aristotelem *Hist. Anim.* L. III. verti a Gaza *loqui potest.*

Lin. 9. et seq. τον σπουδαιον τοις ἠθεσι πολειτικον) Id nimirum sibi adrogabant Rhetores ut per Artem suam non solum eloquentia, sed morum etiam probitate praestarent. Cuius rei duae potissimum erant caussae. Primum quidem, quia munia in rep. gerenda ambiebant, et noverant ex communi omnium sententia eos censeri ad imperandum idoneos, qui αγαθοι ανδρες essent: ac propterea αγαθον Ρ'ητορα, et αγαθον Πολειτικον idem esse contendebant; et utrumque ex Arte sua prono fluere alveo, ut heic Philodemus adnotat, dictitabant. Profecto Plato docuerat: τους αγαθους καλεισθαι τους δυναμενους αρχειν εν τη πολει· *eos bonos vocari, qui possent civitati imperare. Alcibiad.* I. T. II. p. 124. et seq. *edit. Steph.* Συνεχωρησαμεν, ὡς αγαθων μεν οντων των δυναμενων αρχειν αυτων, κακων δε, των μη· *concessimus bonos quidem viros ad imperandum aptos, malos vero nullo modo. De Leg.* I. T. II. p. 64. Alterum est, quod Rhetores adfirmabant ad Artem ipsam pertinere, ut bonos in Oratore mores aut inveniat, aut formet: atque idcirco Rhetorem αγαθον in disciplina, αγαθον etiam in moribus dicendum putabant. Profecto Orator a Catone definitur: *vir bonus dicendi peritus.* Vide Quintilianum *Instit.* L. XII. c. 1. Consentit Cicero, a quo Orator dicitur *bonus, et iustus vir. Pro Caecin.* Cap. XXVII. sub. fin. Praeiverat Plato, qui ait: τον γαρ μελλοντα ορθως ῥητορικος εσεσθαι, δικαιον αρα δει ειναι, και επιστημονα των δικαιων· *eum, qui recte Rhetoricus futurus est, oportet utique iustum esse, et iustarum rerum peritum. Gorg.* T. I. p. 449. et seq. *Edit. Steph.* Itaque non immerito Philodemus istud Rhetorum deliramentum refutat.

Lin. 14. et seq. τον αυλητην τον τεχνειτην) Lectionem contextus evidenter firmat. Exempli autem, quo suam sententiam enucleat, probatque Philodemus, haec ratio est. Αυληται nimirum inter τεχνιτας recensebantur. Παλιν ην εν θεατροις, και πανηγυρεσιν, ὡτε δε τρισχιλιων αυτῳ τεχνιτων απο της Ε'λλαδος αφιγμενων. *Retulit se ad spectacula, et tempestiva convivia, quod tria millia artificum ad eum ex Graecia venissent.* Plut. *Vit. Alex.* pag. 704. T. I. *Francofur.* 1599. Athenaeus pariter inquit de L. Anicio: μεταπεμψαμενος τους εκ της Ε'λλαδος επιφανεστατους τεχνιτας, και σκηνην κατασκευασας μεγιστην εν τῳ κιρκῳ πρωτους εισηγεν αυλητας ἁμα παντας . . . τεχνιτων επισημοτατων χορῳ μεγαλῳ, και παντοιοις οργανοις, και ευφωνιαις παρεπεμπε το σωμα. *Adcitis e Graecia celeberrimis artificibus, exstructa in circo amplissima scena, primos introduxit tibicines simul omnes . . . artificum insignium choro magno, et omnigenis organis, et dulcibus sonis oblectabat corpus. Dipnos.* L. XIV. p. 615. et seqq. *edit. Bipont.* Quamobrem ubi dicitur αυλητικη, subintelligenda est τεχνη, uti monet Iacobs in *Anthol.* VII. 380.

Lin. 18. et seq. οὑτως δε και αγαθον αυλητην) Quod nomen αγαθος, utut late pateat, ad eos tantum, qui regundae reip. *boni sunt*, referri debeat, docuerat Plato in *Alcibiade.* T. II. p. 125. *edit. Steph.* Is etiam, *quaenam sit* παιδεια, qua ορθως πεπαιδευμενοι σχεδον αγαθοι γιγνονται, *recte exculti fere boni viri evadunt*, fuse definierat in Dialogo I. *De Leg.* T. II. p. 644. Huiusmodi doctrinae adhaerere videtur heic Philodemus.

Lin. 20. et seq. δηλως ουκ επεμαινομεθα) Adverbium ad spatium complendum inseruimus, neque id temere fecisse videmur. Novimus profecto μαινεσθαι de Oratoribus etiam, ac de Philosophis dici, qui veluti amentes quidpiam absurdum temere adserebant: περι ὡν αν ουδεν ειποιμι προς ὑμας φλαυρον εγω, και γαρ αν μαινοιμην. *De quibus nihil dixerim apud vos mali: insanirem enim, si facerem.* Demosth. *contra* Mid. p. 581. *ed. Reiske, Lipsiae* 1770. των επι του Βηματος μαινομενων, *eorum, qui pro suggesto insaniunt.* Isocr. ad Philipp. Cap. 54. Idem est de επιμαινομαι, et επιμανης Athen. *Dipn.* 45, et 193. *edit. Casaub.* Nihil itaque prohibet, quin heic *aperte insanire* legamus.

Lin. 26. et seq. Πολει , ὡς , ποι , ὡν συμφεροντων) Eadem propemodum habes in Platonis *Alcibiade* T. II. p. 107. et in toto Dialogo , cui titulus *Politicus* , praesertim T. II. p. 277.

Lin. 28. et seqq. καθαπερ ιατρος κατα την νοσερων , και ὑγιεινων) Ad sollemne illud , *a iuvantibus , et laedentibus medicina sumpta est* , comparationem , quam Noster instituit , spectare putarim. Vide Galenum *De Arte Medicinali* , et *De Optima Secta ad Thrasybulum* C. XX. et Hippocratem *De Alim. fac.* L. I. in princ. et *De Prisca Medicina* per tot.

Lin. 33. et seq. ου κωλυεται ῥητωρ ὑπαρχειν) Quod in commate verbum satis innuebatur, tuto restituimus. Κωλυει enim , et Κωλυεται cum infinito coniungi potest. Πλειν ου κωλυομεν , *non impedimus navigare* , ait Thuc. L. I. p. 76. T. I. *edit. Bipont.* Προελθειν . . . εκωλυθησαν , *praecedere . . . . prohibiti sunt* , inquit. Herod. VII. 10–13.

ΤΩΡΥΠΑΡΧ . Ν ΤΟΔΑΥ
ΤΟΚΑΙΕΠΙΤΟ ΜΗΡΗΤΟ
ΡΟϹΠΟΛΕΙΤΙΚΟΥΔΕΥΠΑ
Κ Ο . ϹΤΕΟΝΕ ΩΛΥΕ
ΔΑΝΕΙΚΑΘΟ ΗΤΩΡΑΓΑ
ΘΟϹΩΦΕΙΛΕ ΙΝΑΙΤΟ Ρ
ΚΑΘΟΡΗΤΩ ΚΑΛΛΟΤΙ
ΛΑΜΒΑΝΕΤΑΙΝΥΝΗΤΟϹ
ΤΟΥΤΩΡΗΤΩ ΕϹΤΙΚΑΙΑ
ΠΟΤΗϹΑΥΤΗ ΔΙΑΘΕϹΕ
ΩϹΚΑΙΟΥΚ ΩϹΔΥΝΑ
ΤΑΙΡΗΤΩΡ ΑΡΧΕΙΝ Μ
ΜΕϹΩΤΕΠ ϹΗ ΚΕΙ
ΜΕΝΟΝΔΙϹ ΠΑΜΠΟΛΛΟΙ
ΡΗΤΟΡΕϹΜΕ ΕΙϹΙΔΥΝΑΤΩ
ΤΑΤΟΙΤΩΔ ΘΕΙΠΑΜΠΟ
ΝΗΡΟΙΤΟΔΕ ΑΘΟΤΟΙΟΥΤΟΝ
ΤΙΕϹΤΙΠΡΟϹΟΝΟΥΚΕΠΙ
ΔΕΧΕΤΑΙΧΩΡΙϹΜ Ν Ο
ΘΕΝΔΗΚΑΙΔΙΑ ΟΤΑΥΘΟΥ
ΤΩϹΕΧΕΙΝΟΥΔΕΧΡΗϹ ΜΗΝ
ΗΓΟΥΜΕΘΑΤΗΝΠΟ ΕΙΤΙ
ΚΗΝΔΥΝΑΜΙΝΟΥ ΥΣ
ΤΟΙϹΤΟΙϹΚΕΚΤΗΜΕΝΟΙϹ
ΟΥΤΕΤΑΙϹΠΟΛΕϹΙΝΑΥΤΗΝ
ΚΑΘΑΥΤΗΝΑΛΛΑΠΟΛΛΑ
ΚΙϹΑΙΤΙΑΝΚΑΙϹΥΜΦΟΡΩΝ
ΑΝΗΚΕϹΤΩΝΗΛΕΓΕΤΑΙΥ
ΠΟΛΛΑΚΙϹΑΙΤΙΟΝΤΟΔΙ
ΟΝΑΦΟΡΜΑϹ ΤΑ
ΜΕΝΤΟΙΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑϹ
ΛΑΜΒΑΝΟΜΕΝΓ ΑΙϹ
ΜΕΝΠΟΛΕϹΙΝ ΑΓΑΘΑΠΟΛ

COL. XIV

Gio. B.ta Malesci dis. Luigi Corazza inc.

COLUMNA XIV.

τωρ ὑπαρχων· το δ' αυτο και επι του μη Ῥητορος, πολειτικου δε, ὑπακουστεον. Εκωλυετο δ' αν, ει, καθο Ῥητωρ, αγαθος ωφειλεν ειναι· το γαρ, καθο Ῥητωρ, ουκ αλλοτι λαμβανεται νυν, η το εν τουτῳ Ῥητωρ εστι, και απο της αυτης διαθεσεως, και ουκ αλλως δυναται Ῥητωρ ὑπαρχειν, εμ μεσῳ τεκμηριον κειμενον. Διοτι παμπολλοι Ῥητορες μεν εισι δυνατωτατοι, τῳ δ' εθει παμπονηροι· το δε καθο τοιουτον τι εστι προσον, ουκ επιδεχεται χωρισμον. Ὁθεν δη και δια το ταυθ' οὑτως εχειν, ουδε χρησιμην ἡγουμεθα την πολειτικην δυναμιν, ουδ' αυτοις τοις κεκτημενοις, ουτε ταις πολεσιν αυτην καθ' ἀυτην· αλλα πολλακις αιτιαν και συμφορων ανηκεστων, ἡ λεγεται πολλακις αιτιον το διδον αφορμας. Μετα μεν τοι καλοκαγαθιας λαμβανομεν του ταις μεν πολεσιν αγαθα πολ-

sit Rhetor: hoc ipsum autem de eo pariter, qui non est Rhetor, sed politicus, intelligendum est. At impediretur utique, si quatenus Rhetor est, bonus esse deberet; illud enim, quatenus est Rhetor, non alio sensu nunc accipitur, quam propter hoc Rhetor est, atque ex hac ipsa conditione, et non aliter potest esse Rhetor, quum in medio ad id indicandum iaceat. Qua propter plurimi Rhetores quidem sunt praestantissimi, moribus autem pessimi: at illud, quatenus aliquid est tale, quum adponitur, separationem non admittit. ¶ Quam ob rem quum haec ita se babeant, politicam facultatem neque ipsis hominibus ea praeditis, neque civitatibus ipsam per se utilem existimamus; sed contra causam saepe esse etiam exitialium aerumnarum, in quantum saepe causa dicitur id, quod praebet occasionem. Verum si cum honestate coniuncta est, admittimus aliquando civitatibus quidem bona multa,

CAP. IX.

Quid efficiat bonum politicum, et Rhetorem.

Lin. 4. et seqq. Εκωλυετο δ' αν, κ. τ. λ.) Quod re vera in hoc non impedirentur Rhetores, discimus ab Isocrate in Orat. *Contra Sophistas.* p. 695. et seqq. *Basileae* 1587.

Lin. 6. et seq. το γαρ καθο ῥήτωρ, κ. τ. λ.) Vera του καθο significatio nullibi fortasse adcuratius exponitur. Vide Aristotelem *Metaphysic.* L. IV. c. 4. et seq.

Lin. 12. et seq. εμ μεσῳ) Fortasse duo verba in unum adverbium coaluerant, tametsi huiusmodi scriptionis plura non suppetant exempla: aut potius dictans ita pronunciavit, ut Librarius vocum distinctionem non recte auribus exceperit. Certe quidem ν ante μ in alterum μ convertitur tum in pronunciatione, tum in scriptura. Vide Vossium *De Litterarum Permutatione. Oper.* T. I. in fin.

Lin. 15. et seq. Ῥήτορες μεν εισι δυνατωτατοι) Versionem exemplo hoc confirmamus: λεγειν τε, και πρασσειν δυνατωτατος, *ad dicendum, atque ad agendum valde strenuus.* Thucyd. Lib. I. p. 198. T. I. *edit. Bipont.*

Lin. 16. et seq. τῳ δ' εθει παμπονηροι) Pravi quorumdam Rhetorum mores passim taxantur a Veteribus. Lege Luciani *Bis Accusatum* Cap. 31. T. II. p. 829. et seq. ubi vocantur μεθυοντες, κωμαζοντες, μοιχευται· et *Parasitum.* Cap. 52. *ibid.* p. 876. et seq. *Amstel.* 1743. ubi ὑπο τυφου, και δοξης, και αργυριου τριβεντες dicuntur. Ceterum quisnam sit scientiae scopus, nempe virtus, et quomodo ad eam non pertingant nonnulli, nec viri boni evadant; disputavit Plato in *Protag.* T. I. p. 357. et in *Gorg.* p. 449. *edit. Steph.*

Lin. 21. et seqq. ουδε χρησιμην ἡγουμεθα κ. τ. λ.) Politicam, uti et ceteras scientias, ingenuasque artes minime utiles, immo populis exitiales ducebant Epicurei, quorum partes agit Philodemus. Sibi enim persuaserant nonnulli Politicam esse κυριωτατην, και μαλιστα αρχιτεκτονικην, quaeque ceteris scientiis fines praescriberet. Aristot. *Ethic.* L. I. c. 1. T. III. p. 2. *Paris.* 1654. Adseverabant quoque nullam esse disciplinam, quae cum Politica de utilitate, et sublimitate contenderet; utpote quae το κοινῃ συμφερον, *commune bonum* sibi proponeret. Idem *Politic.* L. III. c. 12. T. III. p. 470. Quamobrem Epicurei in sententiam e regione oppositam abeuntes, contemtu, et probris ipsam adficiendam censebant. Re enim vera statuerat Epicurus πολιτευεσθαι *non oportere*, ut testis est Laërtius: ουδε πολιτευσεσθαι (τον σοφον), ὡς εν πρωτῃ περι βιων, ουδε τυραννευσειν: *neque adcessurum* (sapientem) *ad Rempublicam, ut in primo de Vitis, neque tyrannidem quaesiturum.* Lib. X. Segm. 119. Quod tradit etiam Cicero *Epist.* 12. Lib. VII. Plutarchus in *Vit. Pyrrhi*, pag. 395. T. I. *Francof.* 1599. et Seneca: *Epicurus ait: Non accedet ad Rempublicam Sapiens, nisi si quid intervenerit. De Otio Sapient.* Cap. XXX. Immo Epicurus ipse ουδε πολιτειας ἡψατο, *neque ad Rempublicam administrandam adcessit.* Laërt. Lib. X. Segm. 10. Ceterum disciplinis universis eum fuisse infensum passim testantur Sextus Empiricus *Advers. Mathematicos*, Lib. I. Cap. II. p. 11. et Cap. XIII. p. 54. *Aurelianae* 1621; Quintilianus *Institut.* Lib. II. Cap. 18. et Lib. XII. Cap. 2; Cicero *in L. Pisonem*, Cap. XIX.; S. Hieronymus, *Epist. ad Magn. Orator. Urb. Rom.* n. 6. pag. 428. T. I. *ed. Vallars.*; Plutarchus, *Adversus Colotem*, pag. 1127. T. II. *Francof.* 1599.; Athenaeus *Dipnos.*, Lib. XIII. Cap. LIII. pag. 125., 126. T. V. *Bipont. edit.* Immo ipse ad Pythoclem scribens ait: Παιδειαν δε πασαν, μακαριε, φευγε, *Disciplinam vero omnem, o beate, devita.* Laërt. Lib. X. Segm. 6. Quae quum ita fuerint, nihil mirum est, si haec contra Politicam scripserit fidissimus eius adsecla.

Lin. 25. et seq. αὑτην καθ' αὑτην) Loquutio φιλελληνσι nova videri non potest. Ita apud Lucianum *Cynic.* n. 13. T. III. p. 546. *Gymnas.* n. 34. T. II. p. 914. n. 36. 917. *Muscae Enc.* n. 7. T. III. p. 96. *Amst.* 1743.

Lin. 29. et seq. αιτιον το διδον αφορμας) Ut hoc probe intelligatur, sciendum est significatione differre inter se αιτιον, ac αιτιαν. Audiatur Fabius: *Quidam diviserunt αιτιον, et αιτιαν, ut esset altera, propter quam iudicium constitutum est.......altera, qua factum defenditur......Sed tanta est circa verba dissensio, ut alii αιτιαν caussam iudicii, αιτιον autem facti vocent; alii eadem in contrarium vertant. Instit.* L. III. c. 13. Quemadmodum vero habemus apud Philosophos τα αιτια κυρια, αυτοτελη, προηγουμενα, προκαταρκτικα, προσεχη, φυσικα etc. *ita occasionalis causa* utique memoratur in Scholis, et respondet τῳ διδοντι αφορμας. Quot autem recensendae sint των αιτιων genera, docuit Aristoteles, *Metaphysic.* L. V. c. 2. p. 320. et seq. T. IV. *Paris.* 1654.

ΛΑϹΥΜΒΑΛΛΕϹΘΑΙΚΑΙ
ΜΕΓΑΛΑΤΟΙϹΔΕΚΕΚ
ΤΗΜΕΝΟΙϹΕϹΤΙ ΟΤΕ
Τ ΛΕΙΩΤΩΝΕΝΙΔ ΩΤΕΙ
 ΤΟΛΛΑΚΙϹΔΕΚ ΚΑΠΛΕΙ
 ΚΑΙΤΟΥΤΟΙϹΑ ΤΟΝΟΙ
Ο ΕΘΑΤΟΝΒΙΟΝ ΑΡΤΥ
ΡΕΙΝ ΚΑΙΝΗΤΟΝ ΑΝΤΙϹ
Ο ϹΕΙΠΑΜΕΝΠ ϹΒΑΛ
Λ ΩΝΛΕΓΗΔΕΙΝΤ ΟΝΑΓΑ
Ε ΝΠΟΛΕΙΤΙΚΟΝ ΠΟΛΛΑϹ
Ε ΕΙΝΑΡΕΤΑϹΚ ϹΩΖΕϹ
Ε ΤΑϹΠΟΛΕΙϹΟ ΧΥΠΟ
ΤΩΝΡΗΤΟΡΩΝ ΠΟΛΕΙ
ΤΙΚΩΝΑΛΛΥΠΟ ΩΝΕΡΑ
ΑΘΩΝΟΡΘΩϹΑ ΓΕΙΚΑ
ΟΝΜΕΝΟΥΝΓΕΝ ΙΤΑΝ
ΚΑΙΦΙΛΟϹΟΦ Α ΡΕ
ϹΕΙΕΝΟΠΟΛΕΙΤΙΚΟϹ
ΙΝΑΚΑΙΝΕΑΝΙΚΩΤΕ
ΡΩϹΑΓΑΘΟϹΗΚΑΙΔΙΑ
ΤΟΥΤΟΛΕΓΟΜΕΝ
ΛΟϹΟΦΙΑΚΑΙΚΟΙΝΩϹΠΡΟϹ
ΤΕΘΕΙϹΑΠΟΛΕΙΤΙΚΗΔΙ
ΑΘΕϹΕΙΚΑΙΚΑΤ ΕΡΟϹ
ΥΠΟΘΗΚΑϹΠΡΟϹΕΧΕΙϹ
ΤΗΠΟΛΕΙΤΙΚΗΔΙΟ
ΚΗϹΕΙΠΑΡΑΔΟΥϹΑΔΙ
ΑΦΟΡΑΝΟΥΡΑΝΟΜΗΚΗ
ΠΟΗϹΕΙΠΡΟϹΤΟΚΡΕΙΤ
ΤΟΝ ΟΥΜΗΝΑΛΛΑΓΕ
ΝΟΙΤΑΝΑΓΑΘΟϹΡΗΤΩΡ
ΚΑΙΠΟΛΕΙΤΙΚΟϹΚΑ

COL. XV

Gio. Bª. Malesci dis. Luigi Corazza inc.

COLUMNA XV.

λα συμβαλλεσθαι, και
μεγαλα, τοις δε κεκ-
τημενοις εστιν ὁτε
πλειω των εν ιδιωτει-
ᾳ, πολλακις δε κακα πλει-
ω· και τουτοις αυτον οι-
ομεθα τον βιον μαρτυ-
ρειν. Και νη τον Δι', αν τις ;
ὁις ειπαμεν, προσβαλ-
λων λεγῃ δειν τον αγα-
θον πολειτικον πολλας
εχειν αρετας, και σωζεσ-
θαι τας πολεις ουχ ὑπο
των Ῥητορων, η πολει-
τικων, αλλ' ὑπο των α-
γαθων, ορθως ερει. Κα-
λον μεν ουν γενοιτ' αν,
ει και φιλοσοφιαν ορθω-
σειεν ὁ πολειτικος,
ἱνα και νεανικωτε-
ρως αγαθος ῃ· και δια
τουτο λεγομεν, ὁτι ετι φι-
λοσοφια και κοινως προσ-
τεθεισα πολειτικῃ δι-
αθεσει, και κατα μερος
ὑποθηκας προσεχεις
τῃ πολειτικῃ διοι-
κησει παραδουσα, δι-
αφοραν ουρανομηκη
ποησει προς το κρειτ-
τον. Ου μὴν αλλα γε-
νοιτ' αν αγαθος Ῥητωρ,
και πολειτικος, και

et magna conferri, iis vero, qui ea praediti sunt, interdum plura *bona*, quam hominibus privatis, saepe autem plura mala; atque his rebus ipsam vitam testimonium perhibere censemus. Et per Iovem, si quis iis, quae diximus, adiiciens dicat oportere, ut bonus politicus multas habeat virtutes, et servari civitates non a Rhetoribus, aut a politicis, sed a bonis, recte dicet. Igitur egregia utique res erit, si ad hoc quoque philosophiam direxerit politicus, ut et ipse validius bonus sit: ac propterea dicimus eum per philosophiam, quae et in commune politicae animi dispositioni adiuncta est, et peculiariter politicae administrationi opportuna praecepta tradit, ad gradum, quantum distat a terra Coelum, praestantiorem perventurum. Quin etiam fiet utique bonus Rhetor, et politicus, et

Lin. 7. et seq. τον βιον μαρτυρειν) Narratio enim bonorum aeque, ac malorum, quibus Politici adfecti sunt, in eorum *vitis* reperitur. βιος vero pro *vitae enarratione* adcipitur, et quidem obvia sunt exempla. Praeterea posset etiam hic locus aliter intelligi. Aristoteles enim *De mundo* ait: συνεπιμαρτυρει δε και ὁ βιος ἁπας την ανω χωραν αποδους Θεῳ, *adsentiuntur mortales omnes superiorem regionem Deo tribuendam esse.* Cap. VI. pag. 864. T. I. *Paris.* 1654. Alia huius significationis exempla habes apud Casaubonum ad Athen. L. XV. 4. p. 675. βιος denique et *vulgus* denotat, uti apud Heliod. II. 180. Utcumque igitur hanc vocem explices, Philodemi sententia in idem recidet.

Lin. 18. et seq. φιλοσοφιαν ορθωσειεν) Nodum in scirpo, ut aiunt, quaereret, si quis hanc loquutionem improbaret. Quemadmodum enim recte dicit Synesius, φιλοσοφιαν ἱκανην ειναι τας πολεις ορθουν, *philosophiam posse respublicas erigere, et rectas reddere.* Epist. CIII. ita licuit Philodemo dicere, ει φιλοσοφιαν ορθωσειεν ὁ πολειτικος, *si politicus erigat, rectamque reddiderit philosophiam.* Quod enim *Philosophia* dirigi debeat ad adquirendam virtutem, docuerunt Plato *De Rep.* Lib. VI. Senec. Epist. XVI. et XX. aliique apud Stobaeum *Eclog.* CCX.

Lin. 20. et seq. νεανικωτερως αγαθος ῃ) Metaphorice adverbium sumitur, uti et apud Plutarchum *Sympos.* IV. Id autem deducitur ex νεανικωτερῳ, quod metaphorice etiam adhibet Synesius: αλλ' οὑτος εστι νεανικωτερος εκεινου τ' ανδρος, *sed hic est eo viro validior.* Epist. XLVII. pag. 131. *Paris.* 1605. et Plutarch. ηδη δε τινες και των νεανικωτερων ἁπτονται κακων, *iam vero etiam validiora nonnulli adtingunt mala.* VI. 15. Plato etiam dixit νεανικην φυσιν, *acre et elatum ingenium.*

Lin. 26. et seq. πολειτικῃ διαθεσει) Perspecta res est την διαθεσιν non modo corpori, sed animo etiam tribui, qui suas quoque dispositiones, adfectionesque praesefert. Qua de re consulendus est omnino Suidas; ait enim: οἱ φυσιογνωμονες εκ της του σωματος ιδεας τεκμαιρονται τας της ψυχης διαθεσεις....Αντιφων δε αντι του διοικησις....Διαθεσεις ου μονον επιστημαι, και αἱ τεχναι, αλλα και αἱ αρεται. *Physiognomones ex corporis forma animi adfectiones coniectura perspiciunt....Antiphon hanc vocem adhibet pro administratione....Adfectiones vocantur non solum scientiae, et artes, sed etiam virtutes. Lex.* h. v. Quum igitur διαθεσις tres hasce significationes, dum de animo agitur, habere possit; ad primam capessendam in huius loci versione ea, quae subduntur, totusque contextus nos impulit.

Lin. 27. et seq. κατα μερος ὑποθηκας προσεχεις) Quid sibi hoc velit, plenius exponamus, verbis singillatim explanatis. Primo ὑποθηκη ad moralia praecepta refertur, unde S. Basilius, ὑποθηκας καταλιμπανειν ωφελιμων λογων, scripsit ad Diodorum; et Quintilianus Hesiodi ὑποθηκας commemorat. *Instit.* L. I. c. 1. Quare προσεχεις ὑποθηκας propemodum respondent πυκναις ὑποθηκαις των πρακτεων, *frequentibus praeceptionibus de his, quae agenda sunt.* S. Basil. *De Prov. Salom.* Προσεχες utique apud Philosophos dicitur, *quod proximum et coniunctum est cum re*, unde Themist. *Phys.* in princ. 15 τα ιδια, και προσεχη διακρινομεν. Vide et Herodian. *Philet.* 451. Ad κατα μερος quod adtinet, Plinius illud Theophrast. *Hist. Plant.* VII. 3. 1. ανθει δε και κατα μερος ὁ συκυος καλουμενος, vertit: *particulatim cucumis floret. Hist. Nat.* Lib. XIX. Cap. V. pag. 166. T. II. *Paris.* 1723. Quae quum ita sint, ad Philosophiam putat pertinere Philodemus, ut animo bene disposito adiiciat praeceptiones frequentes, aut convenientes; atque ita iuvenem natura idoneum ad remp. bene administrandam rite instituit. Id autem faciunt Philosophi, quos Πολιτικους Cicero adpellat *De Orat.* sive quum habent λογους Πολιτικους, ut ait Hermogenes, sive dum docent virtutes, quae a Quintiliano nuncupantur Πολιτικαι. Praefat. I.

Lin. 30. et seq. διαφοραν ουρανομηκη) Legimus passim in Graecis Scriptoribus φωνην ουρανομηκη, *vocem ad sidera elatam*, apud Aristophan. *Nub.* Vers. 357. κλεος ουρανομηκες, *gloriam ad caelum evectam*, apud eumdem *ibid.* vers. 459. et κακον ουρανομηκες, *malum caelo aequale*, apud Aristot. *Rhet* III. ουρανομηκης λαμπας, *flammam ad caelum pertingentem*, apud Aeschyl. *Agam. vers.* 92.

ΠΟΛΛΗΝΤΗΝΩϹΕΝΙ
ΔΙ ΤΕΙΑΙϹΕΧΩΝΕΠΕΙ
ΚΕΙΑΝ ΚΑΙΧΡΗϹΤΟΤΗΤΑ
ΚΑΙΤΗΝΑΛΛΗΝΜΕΤΡΙΟ
ΞΑ ΑΝΤ ΚΑΙΦ ΟΝΗϹΙΝ
Κ ΕΤΗϹΦΥϹΕ ϹΚΑΙ
ΤΗ ΑΓΩΓΗϹΚΑΙΤΗϹΑ
ΚΟΛ ΥΘ ΟΥΤΟΙϹΑΓΧΙ
ΝΟΙΑϹ



ΠΟϹΕΙΔΩΝΑΥΤΟϹ
ΤΟΥΒΙΤΩΝ Ϲ
ϹΕΛ̄ Ϲ Δ̄

COL. XVI

Gio. B.ª Malesci dis. *Luigi Corazza inc.*

COLUMNA XVI.

πολλην την, ὡς εν ιδιαις, εχων επιεικειαν, και χρηστοτητα, και την αλλην μετριοπαθιαν τε, και φρονησιν εκ τε της φυσεως, και της αγωγης, και της ακολουθου τουτοις αγχινοιας

multam, quasi in proprio peculio, habens aequitatem, et benignitatem, et alias adfectuum moderationes, et prudentiam, si conspirent tum natura, tum institutio, tum earum pedissequa sollertia.

Ποσειδων αυτος
του Βιτωνος
Σελ. ΛΔ

Idem Posidon Bitonis filius.
Paginae XXXIV.

ADNOTATIONES.

Lin. 8. et seqq. αγχινοιας) Quid sit αγχινοια, cur *naturae*, atque *institutionis pedis-sequa* dicatur, et quomodo *Oratori*, ac *Politico*, ut *bonus* evadat, sit omnino comparanda, paullo diligentius expendamus. Ea vox definitur apud Laërtium ἕξις εὑρητικη του καθηκοντος ex του παραχρημα · *habitus celerrime inveniendi*, seu *excogitandi*, *quid expediat fieri*. L. VII. Segm. 93. ab Aristotele vero ευστοχια τις εν ασκεπτῳ χρονῳ του μεσου · *animi facultas quae-dam feliciter coniiciendi*, *qua ex tempore medium adprehendimus*. *Analyt. Poster.* L. I. c. 34. Consule etiam Lucian. *Vit. Auct.* T. I. p. 526. *Amst.* 1743. Porro inter Rhetores αγχινουν praecipue dictum Antiphonta legimus apud Photium *Biblioth.* Cod. CCLIV. Hanc deinde *sagacitatem* sibi vindicarunt Sophistae, unde Alcidamas *De Sophista* ait: ευλυτῳ της ψυχης αγχινοιᾳ χρωμενον, ὑγρως, και φιλανθρωπως μεταχειριζεσθαι λογους, *expedita animi sa-gacitate utentem, fluide, et promte sermones habere*, apud Reiskium in *Orat. Graec.* T. VII. p. 84. *Lipsiae* 1773. Id autem pernecessarium esse tum Oratori, tum Politico colligimus ex Aristotele *De Prudentia*, qui tradit ad utrumque pertinere το συνιδειν τους καιρους, το αγχινοως χρησασθαι και λογῳ, και εργῳ: *opportunitatem rerum cernere*, *et rationem, operationemque sagaciter adhibere. De Virtutib. et Vitiis* pag. 589. T. III. *Paris.* 1654.

Lin. 10. et seqq. Ποσειδων αυτος του Βιτωνος. Σελιδες ΛΔ) Novum est hoc in Herculanen-sium Voluminum hactenus evolutorum lectione: saepe enim legitur in operis fine paginarum, et versuum numeratio: sed nusquam aliquod nomen praemittitur, ut heic Posidonis, cuius etiam patris mentio occurrit. Quod autem is fuerit βιβλιογραφος, seu αντιγραφος, seu καλλιγραφος, nemo iure dubitarit. Quod enim munere exscribendi libros plurimi fungerentur, atque *librarii* titulus passim in inscriptionibus cuipiam eorum iam defuncto tribueretur, fuse tradiderunt Shoettgenius *Hist. Librariorum*, *et Bibliopolarum* p. 567. et seqq. Heschenbachius *Diss. De Scribis Veterum Rom.* p. 857. et Pignorius *De Servis.* p. 1203. apud Polen. *Thesaur.* T. III. *Ven.* 1737. Porro Amanuensium nomina in codicibus sequioris aevi deprehendit Montfauco-nius *Palaeograph.* L. I. c. V. et VI. p. 39. et seqq. *Paris.* 1708: sed nostro monumento comprobatur antiquioribus etiam saeculis hunc morem innotuisse. Inde eruimus etiam cele-britatem aliquam fortasse nostro Posidoni fuisse conciliatam, sive ob elegantiam, sive ob emen-dationem exemplarium, quae exaraverat; unde ex eius nomine heic adposito pretium libro ad-cesserit: nisi dicere malueris id ab ipso fuisse factitatum, ut lectores eius nomen memoria re-tinerent, et pro re nata facilius eius opera uterentur. Quis autem fuerit ipse, eiusque pater Bito, sine temeritatis nota proferri in medium non potest. Certe quidem Posidonii nomen (cuius forsitan αποκοπη est Ποσειδων) apud Veteres frequentissimum fuit; uti videre est apud Fabricium in variis locis *Bibliothecae Graecae*. Bitonem quoque memoratum ibidem invenies L. III. c. 24. sed utique a nostro diversum.

Habes denique Σελιδας ΛΔ, *Paginas* XXXIV. atque in titulo legis Αριθμον ΧΕ, *numerum versuum* MV. Profecto si paginas duas titulo tum in fronte, tum in fine Operis inscripto in-servientes, ac Operis primam, et postremam, quae breviores erant, eximas; ceterisque versus circiter XXXIII. adsignes; numerum versuum utique congruentem, et quot paginae huius libri deperierint temporis iniuria, pro certo comperies. Verum de huiusmodi numerationibus insignis est Martialis locus L. II. Ep. 8, ubi de chartis suis scribit.....*Nocuit librarius illis, Dum properat versus adnumerare tibi.*

INDEX I.

Capitum, in quae partiri textus commode potuit.

POLYSTRATUS

DE INIUSTO CONTEMTU.

PHILODEMUS

DE RHETORICA.

INDEX II.

Auctorum, qui in hoc Volumine citantur, adlegantur, inlustrantur, laudantur, conriguntur, notantur.

P. *Polystratum indicat*, Ph. *Philodemum*, Pr. *Praefationem*, n. *Praefationis notas*, C. *Columnam*, Fr. *Fragmentum*, A. *Adnotationes*, l. *lineam*, p. *paginam*.

A

B

C

H

I

L

M

N

INDEX III.

Vocum Graecarum animadversione digniorum, quae in hoc Volumine occurrunt.

INDEX IV.

Rerum notabilium, quae vel in Textu, vel in Praefatione, et in Scholiis occurrunt.

I

L

M

N

O

P

P

Par. I.

Praefat. Pag.	lin.	ERRATA.	CORRIGE.
I.	20.	Francof. 1699.	Francof. 1599.
ibid.	33.	Lysias A. C. 378 Epicurus vero A. 270	Lysias an. A. Ch. 378, Epicurus vero 270
IV.	4.	Bibliotecae	Bibliothecae
ibid.	45.	Chrysippi librum	Chrysippi librorum
VI.	30.	*ab*	*ad*
2.	3.	νομιζων	νομισον
ibid.	4.	existimans	existima
6.	6.	Ex contextu	Ex contemptu
8.	24.	habes	habetur
12.	10.	abs res	abs re
13.	19.	θοσα	θ' ὁσα
19.	20.	ab animi	ab animi perturbationibus
26.	21.	Vide Partem I.	Vide Partem II.
30.	40.	κακοπαθους	κακοπαθεις
36.	39.	Subandi	Subaudi
ibid.	43.	Eurypides	Euripides
40.	40.	εκ χωρησεως	εκχωρησεως
41.	14.	de quacumque re quis optaverit gaudere	de omni re quam quis optaverit gaudere
44.	1.	Epicurus	Polystratus
ibid.	42.	tollendas	tollendas duxerunt
45.	1.	ligere	intelligere
49.	1.	caussam effectionem	caussam effectricem, uti dictum est.

Par. II.

Praefat. Pag.	lin.		
II.	23.	administrationem	administratione
6.	23.	συγχραφη	συγγραφη
7.	40.	amanuense	amanuensi
13.	13.	αναγουν τος	αναγουντος
18.	24.	ea	eis
19.	39.	πεπονημενοις	πεπονημενους
22.	53.	errorem	errorem inciderent
23.	11.	homines	homine
idem.	29.	Rhetorica	Rhetoricae
42	4.	Alt.	Ald.